

415
dari uidebitur, cum ita laudabitur, quomodo nunc
est non est fidētis hoc testimoniū, sed potius timentis.
Herodi autē mādārā, ut mihi ~~scire~~ scriberet, a quo
adhuc nulla litera est. Vereor ne nihil habuerit, qd' mihi
cū cognoscē, iucūdū putaret fore. Quod ad Xenonē scri-
psisti, ualde mihi gratū est. Nihil enim deesse Ciceroni, cū
ad officiū, tū ad existimationē meam pertinet. Flammam
Flaminiū audio Romae esse. Ad eū scripsi, me tibi mādā-
se per literas, ut de Montani negotio cū eo loquerere: et
uelim cures epistolā, quā ad eum misi, reddendā, et ipse
(quod cōmodo tuo fiat) cū eo colloquare. Puto siquid in
homine pudoris est, praestaturū cū, ne pro se quodāmodo
depēdatur. De Attica per gratū mihi fecisti, quod curasti
antē scire recte esse, q' non belle fuisse. In Pōpeianū ueni-
v. Non. Mai. cū prid. ~~ut antea ad uisum~~ in Cu-
mano collocauissem. Ibi mihi ~~et litterae tuae~~ sunt red-
ditae, quas dederas Demetrio ~~ut prid.~~ Kal. in quibus
multa sapiēter, sed tamē ~~illae~~ quodāmodū tute scribe-
bas) ut omne cōsiliū in fortuna positiū uideretur. Itaq; his
de rebus ex tēpore, et coram. De Buthrotio negotio uti-
nā quidē Antonii cōueniā: multū profecto proficiā: sed
nō arbitratur cū a Capua declinaturū: quō qdē metuo ne
nagno reip. malo uenerit: quod idē L. Caesari uidebatur,
quē prid. Neapoli affectū grauitē uiderā. Quāobrē ista
tobis ad Kal. Iun. tractāda et perficiēda sunt. Sed hactē-
us. O filius ad patrē acerbissimas literas misit, quae sunt
redditae, cū uenissēmus in Pōpeianū: quarū tamen era-
puit, Aquiliā nouerā nō esse laturū, sed hoc tolerabile
fuisse: illud uerō se ab Caesare habuisse omnia, nihil a
patre, reliqua sperare ab Antonio. O perditū hominem.
ed. ~~ut prid.~~ Ad Brutum nostrum, ad Cassium, ad Dolā-

quare abiciet merē vereiet
bellam
RMK II. 2062/a
RMK I. 1623a

412.1806
Æ L I I
D O N A T I

Viri Clarissimi
DE OCTO PARTIBUS
ORATIONIS Methodus, Quæsti-
unculis puerilibus undique colle-
ctis illustrata,

Per

LEONHARDUM CULMANNUM
Creylshejmensē.

Et nunc plurimis Quæstionibus inter-
sertis, ac quarundam Vocum in Ungaricum
Idioma versione aucta; & à plurimis
mendis repurgata.



CLAUDIOPOLI,

Annō 1701.

THOMAS VENAT.

Rivulus è tenui ducit primordia topko,
 Cujus nunc rapido fonte feruntur aqua.
 Surgit & immensus modico thesaurus ab are,
 Qui passim Cræsi vincere possit opes.
 Et puer è parvis studiorum exordia poscit,
 Donec sufficiat grandia scripta sequi.

AD STUDIOSUM ARTIUM

Liberalium Puerum,

Albertus Bassæus Scebreneensis:

Heus puer, heus! si docta virum tibi nomina quaris,
 Disce prius quò sint pulchra paranda modò:
 Grammaticæ doctis studium, dat fulcra basimque,
 Artibus ingenuis fidus amicus id est.
 O puer! hoc igitur toto conamine carpe,
 Dilige, disce, vide, nocte dieque lege.
 Ingratum verò quod si te deseret illud;
 Barbarus, & sine cœu lumine cæcus eris.
 Fabrica scripta ruet, longo nec tempore stabit;
 Et fiet docto nausea fœda viro.

MICHAEL & LAURENT. Chilian.

Quam rem hic agis Laurenti? LAUR. Hic Donatum
 (quem vulgò minorem vocant) edisco. MICH.
 Quid is queso docet? LAUR. Dictionum naturas &
 inflexiones. MICH. Natura dictionum quò potest p-
 ctò deprehendi? LAUR. Non potest illa melius depre-
 hendi, & absolutius describi, quàm per subnotationem
 partium Orationis; quia omnes Latina dictiones sub
 iis partibus Orationis comprehenduntur.

PARTES

PARTES ORATIONIS quot sunt? Octo. Quæ?
 Nomen, Pronomen, Verbum, Participi-
 um, Adverbium, Conjunctio, Præpositio &
 Interjectio.

Quare dicuntur partes Orationis? Quia sunt
 voces indicantes mentis conceptum, id est, cogi-
 tationem.

Quomodo dividuntur partes Orationis? In De-
 clinabiles, & in Indeclinabiles. Quot sunt partes
 Declinabiles? Quatuor: Nomen, Pronomen, Ver-
 bum, & Participium. Quare dicuntur Declinabi-
 les? Quia à prima voce in aliam cadunt; & per Ca-
 sus, Tempora, & Modos flectuntur. Quot sunt
 Indeclinabiles? Quatuor: Adverbium, Conjun-
 ctio, Præpositio, & Interjectio. Quare dicuntur
 Indeclinabiles? Quia à prima voce in alias non ca-
 dunt; nec per Casus, nec per Tempora & Modos
 variantur. Quomodo dividuntur partes Oratio-
 nis Declinabiles? In Principales & Casuales. Quot
 sunt Principales? Duæ: Nomen & Verbum, quia
 sine his perfecta Oratio non consistit. Quot sunt
 partes Orationis Casuales? Tres: Nomen, Prono-
 men & Participium; quia Casibus inflectuntur.

Magister quæ pars? Est Nomen. Vel: Magister
 cujus partis? Est Nominis partis. Quæ sunt No-
 minis partis? Quæ nominant rem.

Nomen quid est? Est Pars Orationis, cum
 Casu corpus aut rem propriè communi-
 terve significans. Propriè, ut: Roma, Tybe-
 ris. Communiter, ut: Urbs, Flumen.

Quare Nomen primò locò ponitur? Quoniam
 ex eo rerum omnium notitia procreatur.

A 2

Unde

Unde dicitur Nomen? A notamine; five, à no-
tione vel notitia; eò, quòd suò vocabulò res inco-
gnitas nobis notas efficiat.

Unde cognoscis Nomen? Ex aliquo horum tri-
um articulorum: Hic, Hæc, Hoc. Quod Nomen
significat corpus? Quod tangi potest, aut videri,
ut: homo, cælum. Quid est Corpus? Quicquid
sentitur, ut: aër, lapis.

Quod Nomen significat rem? Quod nec tangi
potest, nec videri, ut probitas. Quid est res?
Quicquid nullo sensu percipitur, ut: Angelus,
anima.

Nomini quot accidunt? Sex. Quæ? Qua-
litas, Comparatio, Genus, Numerus, Fi-
gura & Casus.

Quare huiusmodi voces dicuntur Accidentia?
Quia sunt Partium Orationis quædam notiones seu
notæ, ut quæ per Casus flectuntur & Genera, ea si-
militer agnosco esse Nomina.

Qualitas Nominum in quo est? Bipartita
est. Quomodo? Aut enim unius nomen est,
& Proprium dicitur: aut multorum, & est
Appellativum.

Quid est Qualitas? Est quæ Nomen Proprium
aut Appellativum esse cognoscitur. Roma cujus
Qualitatis? Propriæ: quia unius nomen est. Quid
est Nomen Proprium? Quod uni tantum conve-
nit. Magister cujus qualitatis? Appellativæ: quia
est nomen multorum.

Quid est Nomen Appellativum? Quod multis
commune est. Quotuplex est Nomen Appellati-
vum? Duplex: Substantivum & Adjectivum. Ma-
gister

gister quale Nomen? Substantivum. Quid est No-
men Substantivum? Cui addi non potest, ut: Vir,
mulier, animal. Potest autem per se stare cum Ver-
bo in sensu perfecto, ut: Magister docet. Doctus
quale Nomen? Adjectivum. Quid est Nomen Ad-
jectivum? Cui addi potest vir, mulier, animal. Non
autem potest per se stare cum Verbo in sensu per-
fecto, Nam doctus sedet, non dicitur, sed oportet
exprimere vel subaudire, homo aut quid simile.

Unde dicitur Substantivum? A substò: quia
Adjectivo substat. Unde dicitur Adjectivum? ab
adjicior: quia substantivo adjicitur; sine quo sen-
sum non perficit. Comparaturne Magister? Non:
quia non est adjectivum. Comparaturne Doctus?
Etiam: quia ejus significatio potest augeri vel mi-
nui in comparando.

Comparisonis Gradus quot sunt? Tres:
Qui? Positivus, ut: Doctus. Comparativus,
ut: Doctior. Superlativus, ut: Doctissimus.

Quæ Nomina comparantur? Appellativa dunta-
taxat, qualitatem aut quantitatem significantia. Qua-
litatem, ut: Bonus, Malus. Quantitatem, ut: Ma-
gnus, Parvus. Comparativus cui casui servit? Ab-
lativo utriusq; numeri, sine Præpositione. Quo-
modo? Dicimus enim: Doctior illo, vel doctior il-
lis. Superlativus cui? Genitivo tantum plurali, vel
collectivo singulari. Quomodo? Doctissimus Poë-
tarum: vel, Optimus plebis. Quid est Comparatio?
Variatio per gradus: Vel, Est rei ad rem assimi-
latio. Quibus Nominibus accidit Comparatio? Dun-
taxat Nominibus Adjectivis: Nullum enim Sub-
stantivum comparatur. Comparanturne omnia
Adjectiva? Non, ut: Almus; Sed ea sola, quæ pri-
mi

mi nominis Scriptores, & Latina lingvæ primates viri, in Comparationē admiserunt, ut: Doctus. Quotuplex est Adjectivum? Duplex: Purum, quod comparatur & movetur, ut: Doctus, Impurum, quod tantum movetur, ut: Almus, Unus, &c. Quotuplex est Comparatio? Triplex: Regularis, Irregularis, & Defectiva. Quid est Comparatio Regularis? Quæ primam syllabam, in comparando, per integrum servat, ut: Doctus, doctior, doctissimus. Quid est Comparatio Irregularis? Quæ primam syllabam per integrum non servat: Nam gradus non ritè formantur, nec analogiam sequuntur, ut: Bonus, melior, optimus. Defectiva, quæ gradu aliquo deficit. Quot modis comparantur Adjectiva? Tribus, vel per tres terminationes, ut in Genere

Masc. Doctus, doctior, doctissimus.

Femin. Docta, doctior, doctissima.

Neutr. Doctum, doctius, doctissimum.

Vel per duas terminationes, ut:

Hic Fortis, fortior, fortissimus.

Hæc Fortis, fortior, fortissima.

Hoc Forte, fortius, fortissimum.

Vel per unam terminationem, ut:

Hic Felix, felicior, felicissimus.

Hæc Felix, felicior, felicissima.

Hoc Felix, felicius, felicissimum.

Doctus, cujus gradus Comparationis? Positivi: quia est prima vox Nominis Adjectivi, & fundamentum graduum, & significat rem suam sine excessu. Quot sunt terminationes Positivi? Quinque: *Er, is, us, ns, x;* ut: Niger, fortis, albus, sapiens, felix. Unde formatur Positivus? A nullo formatur, Sed alii duo formantur ab eo. Doctior cujus gradus Comparationis? Comparativi: quia in eo primò fit excess-

excessus; qui supra Positivi significationem magis significat, ut: Doctior, id est, magis doctus. Quot sunt terminationes Cōparativi? Duæ: *or* & *us*. Cōparativus unde formatur? A primo casu Positivi, in *i* addendo *or* vel *us*, ut: Docti, doctior, doctius. Doctissimus cujus gradus Comparationis? Superlativi: quia in eo summus est excessus; qui supra Positivi significationē valdè significat, ut: Doctissimus, id est, valdè doctus. Quot sunt terminationes Superlativi gradus? Tres: *rimus, simus, & limus*. Unde formatur nigerrimus? A Nominativo, per additionē *rimus*, ut: Niger nigerrimus. Unde formatur Doctissimus? A primo casu Positivi in *i* addendo *s* & *simus*, ut: Docti, doctissimus. Unde formatur facilimus? A Dativo casu, additâ syllaba *mus*. Comparantur omnia Adjectiva per tres gradus? Minimè: quia quædam carent Positivò, ut: Habitior habitissimus. Ocyor ocyissimus: Quædam Comparativò, ut: Meritus meritissimus, Inclitus inclitissimus: Quædam Superlativò, ut: Juvenis junior, Adolescens adolescentior, Dives ditior, Senex senior. Moverunt Doctus? Movetur. Quid est Motio? Est generis in genus, vocis in vocem mutatio. Quot modis moventur Adjectiva? Tribus: Primò, per tria genera, & per tres terminationes, ut: hic Doctus, hæc docta, hoc doctum. Secundò, per tria genera, & per duas terminationes, ut: hic & hæc Fortis, & hoc Forte. Tertiò, per tria genera, & per unam tantum terminationem, ut: hic & hæc & hoc Felix, prudens, solers.

Genera Nominum quot sunt? Quatuor. Quæ? Masculinum, ut: hic Magister, Femininum, ut: hæc Musa. Neutrum, ut: hoc Scamnum,

mnum. Commune, ut: hic & hæc Sacerdos. Est præterea trium generum, quod Omne dicitur, ut: hic & hæc & hoc Felix. Est & Epicœnum, id est, Promiscuum genus, ut: hic Passer, hæc Aquila, Mustela, Milvus.

Quid est Genus? Est discretio sexûs. Quot modis cognoscitur Genus? Tribus: Significatione, ut: Obstetrix. Terminatione, ut: Aula. Autoritate doctorû, ut: Pauper, hospes. Etiam additione Adjectivorum, sive Articulorum Magister cujus generis? Masculini: quia est nomen declinatum per articulum hic. Musa cujus generis? Fœminini: quia est nomen declinatum per articulum hæc. Scamnum cujus generis? Neutri: quia est Nomen declinatum per articulum hoc. Sacerdos cujus generis? Communis: quia est nomen per hic & hæc conjunctim declinatum. Fœlix cujus generis? Omnis: quia est nomen per hic & hæc & hoc divisim declinabile. Dies cujus generis? Dubii: quia non est nomen per hic & hæc divisim declinabile. Passer cujus generis? Epicœni: quia est nomen sub una voce & uno articulo animal utriusq; sexus significans. Sunt & Heterogenea, id est: diversi generis, ut: hoc cœlum, hi cœli: hic tartarus, hæc tartara. Quid est Articulus? Est vox sequentem casum & numerum indicans. Quid interest inter Articulos & Pronomina? Pronomina ea putamus, quæ cum sola sunt, vicem Nominis complent; Articuli verò, qui in Declinationibus, aut Nominibus, aut Participiis adjunguntur.

Numeri Nominum quot sunt? Duo: Qui? Singularis, ut: hic Magister. Pluralis, ut: hi Magistri.

Quid

Quid est Numerus? Est vox unius vel plurium significativa. Magister *Messer*, cujus numeri? Singularis: quia est Nomen singulariter prolatum, & de uno tantum loquitur. Magistri *Messerek*, cujus Numeri? Pluralis: quia est Nomen pluraliter prolatum; de pluribus enim loquitur.

Figuræ Nominum quot sunt? Duæ: Quæ? Simplex, ut: Doctus, Potens. Composita, ut: Indoctus, Impotens.

Quid est Figura? Est qua nomen simplex, aut compositum, sive etiam decompositum esse cognoscitur. Doctus *Túdós*, cujus Figuræ? Simplicis: quia unica dictione constat; Non enim componitur ex partibus significantibus. Indoctus *Tudatlan*, cujus Figuræ? Compositæ: quia est Nomen ex diversis dictionibus connexum; Componitur enim ex partibus significantibus, ut: in, & doctus. Inexpugnabilis *Meg-gyözhetetlen*, cujus Figuræ? Decompositæ: quia ex pluribus constat. Quid est Figura decomposita? Quæ Nomen compositum ulteriorem compositionem admittit, ut: Inexpugnabilis, irreprehensibilis, inenarrabilis, imperterritus, irreparabilis, irremediabilis, ineluctabilis.

Quot modis Nomina componuntur? Quatuor: Quibus? Ex duobus integris, ut: Suburbanus. Ex duobus corruptis, ut: efficax, municeps. Ex integro & corrupto, ut: ineptus, insulsus. Ex corrupto & integro, ut: nugigerulus. Aliquando ex compluribus, ut: inexpugnabilis, imperterritus.

Quid est Compositio? Est Nomen divisibile in partes significativas prioris sensûs capaces. Quibus

bus partibus accidit Compositio? Omnibus, dem-
tā Interjectione, quæ semper est simplex, & quæ-
dam Participia. Quomodo id fit? Primò: No-
men componitur cum Nomine, ut: Paterfamilias.
Cum Pronomine, ut: hujusmodi. Cum Verbis,
ut: armiger. Cum Adverbiis, ut: sempiternus.
Cum Participiis, ut: senatusconsultum, plebiscitum.
Cum Conjunctione, ut: uterque. Cum Præposi-
tione, ut: infidus.

Casus Nominum quot sunt? Sex: Qui?
Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusa-
tivus, Vocativus, & Ablativus. Per hos e-
nim casus omnium generum Nomina, Pro-
nomina, & Participia declinantur.

Quid est Casus? Est gradus Declinationis, vel
finalis variatio dictionum. Quomodo dividun-
tur Casus? In Rectos & Obliquos. Quot sunt Re-
cti? Duo: Nominativus & Vocativus, quia à fron-
te verborum construuntur. Quot sunt Obliqui?
Quatuor: Genitivus, Dativus, Accusativus, &
Ablativus; quia à tergo verborum construuntur.
Magister cujus casus? Nominativi: quia in eo ca-
su declinando reperitur. Quid est septimus casus,
quod Latini scriptores non rarò utuntur? Est Ab-
lativo similis. Quomodo differunt Ablativus &
septimus casus? Ablativus Præpositiones semper
recipit, & uno modo profertur, ut: Ab oratore
Magistro venio: septimus autem sine Præposi-
tione, & variis modis enunciat, ut: Oratore Ma-
gistro utor. Quid est octavus casus? Cum quid per
Accusativum cum Præpositione dici debeat, per
Dativum tantum sine Præpositione dicitur, ut:
Clamor it cœlo: subeunt muro. Octavum veteres
Dativo

Dativo; Septimum Ablativo adjecerunt. Utimur
verò his casibus tantum in construendo. Musa
quotæ Declinationis? Primæ: quia ejus Genitivus
singularis in *æ* diphthongum desinit. Magister
quotæ Declinationis? Secundæ: quia ejus Geniti-
vus singularis in *i* productam desinit. Sacerdos
quotæ Declinationis? Tertiæ: quia ejus Genitivus
singularis in *is* breve exit. Fructus quotæ Declina-
tionis? Quartæ: quia ejus Genitivus singularis
in *us* productam desinit. Species quotæ Declina-
tionis? Quintæ: quia ejus Genitivus in *ei* divisa
syllabas desinit. Quid est Declinatio? Est inflexio
nominis in fine per Casus. Quot sunt Declinati-
ones Nominum? Quinque: Prima, Secunda, Ter-
tia, Quarta, Quinta. Penes quid Declinatio No-
minis judicanda, ac dimetienda est? Solâ Geni-
tivi casus desinentiâ. Quotuplex est Declinatio?
Duplex: Consequens & Inconsequens. Quid est
Declinatio Consequens? Est similitum regularis &
uniformis proportio, ut: Dominus, musa. Quid
est Declinatio Inconsequens? Est dissimilium regu-
laris consuetudo, ut: Jupiter, Jovis. Sunt & Hete-
roclita diversa Declinatione, ut: Vas vasis, Ter-
tiæ: Vasa vasorum, Secundæ Declinationis.

Declina aliquod Nomen!

Magister Nomen Appellativum, Generis
Masculini, Numeri Singularis, Figuræ
Simplicis, Casus Nominativi & Vocativi; quod
declinabitur sic: Nominativô hic Magister,
Genitivô hujus Magistri, Dativô huic Magi-
stro, Accusativô hunc Magistrum, Vocativô
ô Magister, Ablativô ab hoc Magistro. Et
Plural:

Pluraliter: Nominativô hi Magistri, Genitivô horum Magistrorum, Dativô his Magistris, Accusativô hos Magistros, Vocativô ô Magistri, Ablativô ab his Magistris.

Da Paradigma Primæ Declinationis!

Musa Nomen Appellativum Generis Fœminini, Numeri Singularis, Figuræ Simplicis, Casûs Nominativi, Vocativi & Ablativi; quod declinabitur sic: Nominativô hæc Musa, Genitivô hujus Musæ, Dativô huic Musæ, Accusativô hanc Musam, Vocativô ô Musa, Ablativô ab hac Musæ. *Et Plural*: Nominativô hæ Musæ, Genitivô harum Musarum, Dativô his Musis, Accusativô has Musas, Vocativô ô Musæ, Ablativô ab his Musis.

Secundæ Declinationis Nomen declina!

Scamnum Nomen Appellativum, Generis Neutri, Numeri Singularis, Figuræ Simplicis, Casûs Nominativi, Accusativi & Vocativi; quod declinabitur sic: Nominativô hoc Scamnum, Genitivô hujus Scâni, Dativô huic Scamno, Accusativô hoc Scamnum, Vocativô ô Scamnum, Ablativô ab hoc Scamno. *Et Pluraliter*: Nominativô hæc Scamna, Genitivô horum Scamnorum, Dativô his Scamnis, Accusativô hæc Scamna, Vocativô ô Scamna, Ablativô ab his Scamnis.

*Dic quæso formam declinandi Nominis
Tertiæ Declinationis!*

Sacer-

Sacerdos Nomen Appellativum, Generis Communis, Numeri Singularis, Figuræ Simplicis, Casûs Nominativi & Vocativi; quod declinabitur sic: Nominativô hic & hæc Sacerdos, Genitivô hujus Sacerdotis, Dativô huic Sacerdoti, Accusativô hunc & hanc Sacerdotem, Vocativô ô Sacerdos, Ablativô ab hoc & ab hac Sacerdote. *Et Plur*: Nominativô hi & hæ Sacerdotes, Genitivô horû & harum Sacerdotum, Dativô his Sacerdotibus, Accusativô hos & has Sacerdotes, Vocativô ô Sacerdotes, Ablativô ab his Sacerdotibus.

Quomodo declinatur Felix, ejusdem Declinationis Nomen?

Felix Nomen Adjectivum, Generis Omnis, Numeri Singularis, Figuræ Simplicis, Casûs Nominativi, Accusativi & Vocativi; quod declinabitur sic: Nominativô hic & hæc & hoc Felix, Genitivô hujus Felicis, Dativô huic Felici, Accusativô hunc & hanc Felicem & hoc Felix, Vocativô ô Felix, Ablativô ab hoc & ab hac & ab hoc Felice vel Felici. *Et Pluraliter*: Nominativô hi & hæ Felices & hæc Felicia, Genitivô horum & harum & horû Felicium, Dativô his Felicibus, Accusativô hos & has Felices & hæc Felicia, Vocativô ô Felices & ô Felicia, Ablativô ab his Felicibus.

Corpus Nomen Substantivum, Generis Neutri, Numeri Singularis, Figuræ Simplicis, Casûs

Casus Nominativi, Accusativi & Vocativi; quod declinabitur sic: Nominativô hoc Corpus, Genitivô hujus Corporis, Dativô huic Corpori, Accusativô hoc Corpus, Vocativô ô Corpus, Ablativô ab hoc Corpore. *Et Pluraliter*: Nominativô hæc Corpora, Genitivô horum Corporum, Dativô his Corporibus, Accusativô hæc Corpora, Vocativô ô Corpora, Ablativô ab his Corporibus.

Regule universales de Neutris:

Neutra habent tres similes casus in utroq; numero, scilicet: Nominativum, Accusativum, & Vocativum; qui in Plurali numero exeunt in a.

VECTIGAL Nomen Appellativum, Generis Neutri, Numeri Singularis, Figuræ Simplicis, Casus Nominativi, Accusativi & Vocativi; quod declinabitur sic: Nominativô hoc Vectigal, Genitivô hujus Vectigalis, Dativô huic Vectigali, Accusativô hoc Vectigal, Vocativô ô Vectigal, Ablativô ab hoc Vectigali. (*Neutra in e, al, & ar desinentia, faciunt Ablativum per i, tantum.*) *Et Pluraliter*: Nominativô hæc Vectigalia, Genitivô horum Vectigalium, Dativô his Vectigalibus, Accusativô hæc Vectigalia, Vocativô ô Vectigalia, Ablativô ab his Vectigalibus.

Fructus Nomen Quartæ Declinationis quomodo, quæso, inflectitur?

FRUCTUS Nomen Appellativum, Generis Masculini,

Numeri Singularis, Figuræ Simplicis, Casus Nominativi, Genitivi & Vocativi; quod declinabitur sic: Nominativô hic Fructus, Genitivô hujus Fructus, Dativô huic Fructui, Accusativô hunc Fructum, Vocativô ô Fructus, Ablativô ab hoc Fructu. *Et Pluraliter*: Nominativô hi Fructus, Genitivô horum Fructuum, Dativô his Fructibus, Accusativô hos Fructus, Vocativô ô Fructus, Ablativô ab his Fructibus.

Quenam est forma declinandi Nomen

Quintæ Declinationis?

SPecies Nomen Appellativum, Generis Fœminini, Numeri Singularis, Figuræ Simplicis, Casus Nominativi & Vocativi; quod declinabitur sic: Nominativô hæc Species, Genitivô hujus Speciei, Dativô huic Speciei, Accusativô hanc Speciem, Vocativô ô Species Ablativô ab hac Specie. *Et Pluraliter*: Nominativô hæc Species, Genitivô harum Specierum, Dativô his Speciebus, Accusativô has Species, Vocativô ô Species, Ablativô ab his Speciebus.

Hic Ez, hujus ezé, huic ennek, hunc ezt, ô, ab hoc ettöl. Pluraliter: Hi Ezek, horum ezeké, his ezeknek, hos ezeke, ô, ab his ezeke. Hæc, hujus, huic, hanc, ô, ab hac. Pluraliter: Hæ, harum, his, has, ô, ab his. Hoc, hujus, huic, hoc, ô, ab hoc. Pluraliter: Hæc, horum, his, hæc, ô, ab his.

Quid est littera terminalis? Est ultima littera aliqujus

cujus dictionis. Quid est terminatio? Est ultima syllaba alicujus dictionis.

Prima Declinatio quot literas terminales habet? Duas: Quas? *a* & *es*. Quot terminationes? Tres: Quas? *a*, *as*, *er*. Da exemplum. *a*, ut: Poëta. *as*, ut: Æneas. *es*, ut: Anchises.

Quæ est agnitio Primæ Declinationis? Hæc est: Cujus Genitivus & Dativus singulares, & Nominativus & Vocativus plurales, in *e* diphthongum desinunt: Accusativus in *am* correptam: Vocativus similis est Nominativo: Ablativus in *a* productam: Genitivus pluralis in *arum* correptam: Dativus & Ablativus in *is* productam: Accusativus in *as* productam.

Secunda Declinatio quot literas terminales habet? Tres: Quas? *r*, *s*, *m*. Quot terminationes? Sex: Quas? *er*, *ir*, *ur*, *us*, *eus*, *um*. Da exemplum: *er*, ut Sacer: *ir*, ut Vir: *ur*, ut Satur: *us*, ut Dominus: *eus*, ut Tydeus: *um*, ut Templum. Quæ est agnitio Secundæ Declinationis? Hæc est: Cujus Genitivus singularis, & Nominativus & Vocativus plurales in *i* productam desinunt: Dativus & Ablativus in *o* productam: Accusativus in *um* correptam. Quando Nominativus in *r*, vel in *m* desinit; similis erit ei Vocativus: Quando in *us*; tunc *us* mutatur in *e*, ut:

e, ut: Dominus domine: Quando verò in *ius*, si sint propria nomina, abjectâ *us*, fit Vocativus in *i*, ut: Virgilius Virgili: & unum Appellativum, quod est, Filius, ô fili: Genitivus pluralis in *orum* correptam: Dativus & Ablativus in *is* productam: Accusativus in *os* productam, vel in *a* correptam.

Tertia Declinatio quot literas terminales habet? Decem: Quas? *a*, *e*, *o*, *c*, *l*, *n*, *r*, *s*, *t*, *x*. Da exemplum: ut Poëma: *e*, ut Monile: *o*, ut Virgo: *c*, ut Lac: *l*, ut Mel: *n*, ut Nomen: *r*, ut Pater: *s*, ut Civitas: *t*, ut Caput: *x*, ut Felix. Quot terminationes? Septuaginta octo, vel paulò plus. Quæ est agnitio Tertiæ Declinationis? Hæc est: Cujus Genitivus singularis in *is* correptam desinit: Dativus in *i* productam: Accusativus in *em* vel *im* correptam: Vocativus similis est Nominativo: Ablativus in *e* correptam, vel *i* productam: Nominativus, Accusativus, & Vocativus plurales, in *es* productam, vel in *a* correptam: Genitivus pluralis in *um* vel *ium* correptam. Dativus & Ablativus in *bus*, correptam.

Quarta Declinatio quot literas terminales habet? Duas: Quas? *s* & *u*. Quot terminationes? Similiter duas: Quas? *us* & *u*. Da exemplum: *us*, ut Manus: *u*, ut Cornu. Quæ est agnitio Quartæ Declinationis? hæc est:

est: Cujus Genitivus singularis, Nominativus, Accusativus, & Vocativus plurales, in *us* productam desinunt: Dativus in *ui* productam: Accusativus in *um* correptam: Vocativus similis est Nominativo: Ablativus in *u* productam: Genitivus pluralis in *uum* correptam: Dativus & Ablativus in *bus* correptam.

Quinta Declinatio quot literas terminales habet? Unam: Quam? *s*, Quot terminationes? Similiter unam: Quam, *s* productam, ut: Dies. Quæ est agnitio Quintæ Declinationis? Hæc est: Cujus Genitivus & Dativus singulares in *ei* divisas syllabas desinunt: Accusativus in *em* correptam: Vocativus similis est Nominativo: Ablativus in *e* productam: Nominativus, Accusativus, & Vocativus plurales in *es* productam: Genitivus pluralis in *erum* correptam: Dativus & Ablativus in *bus* correptam.

DE PRONOMINE.

Pronomen quid est? Pars Orationis, quæ pro Nomine posita, tantundem penè significat, personamque interdum recipit.

Quare post Nomen debet sequi Pronomen? Quia Pronomen Nominis officio fungitur. Cum enim non sine vitio Nomen in aliquot Orationibus usurpari videretur, repertum est Pronomen; quod

quod illius locò, non sine magno lepore ponitur, ut: Quæ venit immeritò pœna, dolenda venit. Si subtrahito Pronomine dices: Pœna si immeritò venit; dolenda venit, quis non rideret? Unde dicitur Pronomen? A pro, & nomen quasi dicas vice Nominis vel vicaria Nominis. Quoties enim demonstratur, Hic fecit; perinde est, atque si dicas, Petrum vel Paulum fecisse. Unde dignoscitur quæ dictio sit Pronominis partis? Ex Donati enumeratione fidei. Quot sunt Pronomina? quindecim: Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, meus, tuus, suus, noster, vester, nostras & vestras. Quodnam est horum officium? Demonstrare aut repetere. Cum enim nomina tam primâ quàm secundâ personâ careant, accessit hæc pars, quæ Verbis ad perficiendâ orationem, personam omnem suppeditare possit. Cur omittis quis, quæ, quod, talis, qualis, tantus, quantus, & plura à Donato inter Pronomina numerata? quia non sunt Pronomina, eò quòd incertitudinem significant; Pronominis autem est certum aliquid significare, & pro aliquo proprio Nomine poni, hoc istis non convenit; ergò Nomina sunt, non Pronomina. Sed quia Declinatione Pronominis habent; idè inter ea etiam à Donato numerantur, & collocantur. Quodnâ est discrimen Nominis & Pronominis? Nomen significat substantiâ, qualitatem, id est, rem ipsam, & rei conditione, vel communè, vel propriam, ut animal. Significat enim rem illam animal, & conditionem communem, quæ conveniens est multis. Pronomen verò duntaxat substantiam significat, non item qualitatem, ut: hic substantiam significat; sed conditio non explicatur. Quid sibi vult Donatus, dicendo: *Tantundem penè significat*? Videtur velle sentire minùs aliquan-

aliquantò significare Pronomen, quàm Nomen. Nam etsi Pronomina vim Nominum exprimunt; non tamen planè exprimunt. Nomina enim posita, plenas faciunt elocutiones; Pronomina semiplenas, ut, si dicas: Virgilius scripsit Bucolica, Ipse scripsit & Georgica. Quare *interdum* dicit Donatus? Quia vult ostendere, non omnia Pronomina finitas recipere personas.

Pronomini quot accidunt? Sex: Quæ? Qualitas, Genus, Numerus, Figura, Persona, Casus.

Qualitas Pronominum in quo est? Duplex est. Quomodo? Aut enim finita sunt Pronomina, aut infinita. Quæ sunt finita? Quæ recipiunt personas, ut: ego, tu, ille. Quæ sunt infinita? Quæ non recipiunt personas, ut: quis, quæ, quod. Quid est Qualitas? Quæ Pronomen finitum ab infinito discernit. Ego cuius qualitatis? Finitæ; quia ad certam personam gestum dirigit. Quot sunt Pronomina finita? Tria: ego, tu, ille. Quare dicuntur finita? quia definiunt & demonstrant personam aliquam certam. Quis, cuius qualitatis? Infinitæ: quia personas certas non recipit. Quæ sunt illa? quis, qualis, talis, quantus, tantus, quotus, totus. Hæc enim nullam certam rem præsentem notant. Ipse cuius qualitatis? Minus quàm finita. Quæ sunt illa? Ipse, iste, hic, is, idem, sui, quæ certis incertisq; personis aptari possunt.

Genera Pronominum quot sunt? Eadem ferè, quæ & Nominum: Masculinum, ut: Quis. Fæmininum, ut: Quæ. Neutrum, ut: Quod. Commune, ut: Qualis, talis. Trium gene-

generum, quod Omne dicitur, ut: Ego, tu, sui.

Quot sunt genera Pronominum? quinque: Masculinum, Fæmininum, Neutrum, Commune, & Omne. Meus, cuius generis? Masculini: quia prima vox Pronominis est generis Masculini. Mea cuius generis? Fæminini: quia secunda vox Pronominis est generis Fæminini. Meum cuius generis? Neutri: quia tertia vox Pronominis est neutri generis? Nostras cuius generis? Cômunis: quia præponuntur ei in declinatione duo articuli, hic & hæc. Ego cuius generis? Omnis: quia sic est, sicuti cui adhæret, ut: Ego Joannes: ego Barbara: ego mancipium.

Numeri Pronominum quot sunt? Duo: Qui? Singularis, ut: Hic. Pluralis, ut: Hi.

Ego *én*, cuius numeri? Singularis: quia singulariter profertur. Nos *mi*, cuius numeri? Pluralis: quia pluraliter profertur.

Figuræ Pronominum quot sunt? Duæ: Quæ? Simplex, ut: Quis. Composita, ut: Quisquis.

Ego *én*, cuius Figuræ? Simplicis: quia simpliciter profertur. Egomet *én magam*, cuius Figuræ? Compositæ: quia componitur ab ego & met, syllabica adjectione.

Personæ Pronominum quot sunt? Tres: Quæ? Prima, ut: Ego. Secunda, ut: Tu. Tertia, ut: Ille.

Quid est Persona? Est modus loquendi de se, ut de se. Ad alium, ut ad alium. De alio, ut de alio. Ego *én* cuius personæ? Primæ: quia significat rem

de se loquentem. quot sunt Pronomina primæ personæ? Unum, scilicet: Ego, cum suis obliquis. Tu te, cujus personæ? Secundæ: quia significat rem, ad quam fit sermo. quot sunt Pronomina secundæ personæ? Unum: quod est? Tu. Ille az, cujus personæ? Tertiæ: quia significat rem, de qua fit sermo. quot sunt Pronomina tertiæ personæ? Alia omnia. Idem & ipse, omnibus personis jungi potest, ut: Idem contendo: tu idem perge: idem jungat. Ipse vide, ipse veni, ipse se fallit.

Casus item Pronominum quot sunt? Sex: quemadmodum & Nominum. Per hos omnium generum Nomina, Pronomina, & Participia inflectuntur.

Quid est Casus? Est motus causalium, qui maxime fit in fine. Ego cujus casus? Nominativi: quia in tali casu declinando reperitur. quot Pronomina habent Vocativum? quatuor: Tu, Meus, Noster, & Nostras. quare reliqua Pronomina Vocativò carent? quia sermo ad ea non dirigitur.

Ego, Primitivum & Demonstrativum.

EGO, Pronomē finitū, generis omnis, numeri singularis, figuræ simplicis, personæ primæ, casus nominativi, quod declinabitur sic: Ego, mei, vel mis, mihi, me, me. *Et Pluraliter*: Nos, nostrum vel nostri, nobis, nos, à nobis. Personæ secundæ, generis omnis: Tu, tui vel tis, tibi, te, ô tu, à te. *Et Plur*: Vos, vestrum vel vestri, vobis, vos, ô vos, à vobis. Personæ Tertiæ, generis omnis, utriusque numeri, sine nominativo & vocativo: Sui, sibi, se, à se. *Et Plural*: Sui, sibi, se, à se. Item Relativum & Demonstrativum simul, generis masculini: Ille, illius

illius, illi, illum, ab illo. *Et Plural*: Illi, illorum, illis, illos, ab illis. Generis fœminini, Illa, illius, illi, illam, ab illa. *Et Plural*: Illæ, illarum, illis, illas, ab illis, Generis neutri: Illud, illius, illi, illud, ab illo. *Et Plural*: Illa, illorum, illis, illa, ab illis. Item, minus quàm finita; Generis masculini: Ipse, ipsius, ipsi, ipsum, ab ipso. *Et Plural*: Ipsi, ipsorum, ipsis, ipsos, ab ipsis, Generis Fœminini: Ipsa, ipsius, ipsi, ipsam, ab ipsa. *Et Plural*: Ipsæ, ipsarum, ipsis, ipsas, ab ipsis. Generis Neutri: Ipsum, ipsius, ipsi, ipsum ab ipso. *Et Plural*: Ipsa, ipsorum, ipsis, ipsa, ab ipsis. Generis Masculini, Iste, istius, isti, istum, ab isto. *Et Plural*: Isti, istorum, istis, istos, ab istis. Generis Fœminini: Ista, istius, isti, istam, ab ista. *Et Plur*: Istæ, istarum, istis, istas, ab istis. Generis Neutri: Istud, istius, isti, istud, ab isto. *Et Plural*: Ista, istorum, istis, ista, ab istis. Item, Articulare præpositivum, vel demonstrativum: Generis masculini: Hic, hujus, huic, hunc, ab hoc. *Et Plural*: Hi, horum, his, hos, ab his. Generis Fœminini: Hæc, hujus, huic, hanc, ab hac. *Et Plural*: Hæ, harum, his, has, ab his. Generis Neutri: Hoc, hujus, huic, hoc, ab hoc. *Et Plural*: Hæc, horum, his, hæc, ab his. Item, Subjunctivum & Relativum Generis Masculini: Is, ejus, ei, eum, ab eo. *Et Plural*: Ei vel ii, eorum, eis, eos, ab eis. Generis Fœminini: Ea, ejus, ei, eam, ab ea. *Et Plural*: Eæ, earum, eis, eas, ab eis. Generis Neutri: Id, ejus, ei, id, ab eo. *Et Plural*: Ea, eorum, eis, ea, ab eis. Item, Infinita generis masculini: quis vel qui, cujus, cui, quem, à quo vel à qui. *Et Plural*: qui, quorum, quis, vel quibus, quos, à quis, vel à quibus. Generis Fœminini: quæ vel qua, cujus, cui, quam, à qua vel à qui. *Et Plur*: quæ, quarum, quis vel quibus, quas, à quis vel à quibus

quibus. Generis Neutri: quod vel quid, cuius, cui, quod vel quid, cuius, cui, quod vel quid, à quo vel à qui. *Et Plural:* quæ vel qua, quorum, quis vel quibus, quæ vel qua, à quis vel à quibus. Item, Possessiva finita ad aliquid dicta, ex utraq; parte singularia, Generis Masculini: Meus, mei, meo, meum, ô mi, à meo. *Et Plural:* Mei, meorum, meis, meos, ô mei, à meis. Generis Fœminini: Mea, meæ, meam, ô mea, à mea. *Et Plural:* Meæ, mearum, meis, meas, ô meæ, à meis. Generis Neutri: Meum, mei, meo, meum, ô meum, à meo. *Et Plural:* Mea, meorum, meis, mea, ô mea, à meis. Generis Masculini: Tuus, tui, tuo, tuum, à tuo. *Et Plural:* Tui, tuorum, tuis, tuos, à tuis. Generis Fœminini: Tua, tuæ, tuæ, tuam, à tua. *Et Plural:* Tuæ, tuarum, tuis, tuas, à tuis. Generis Neutri: Tuum, tui, tuo, tuum, à tuo. *Et Plural:* Tua, tuorum, tuis, tua, à tuis. Generis Masculini: Suus, sui, suo, suum, à suo. *Et Plural:* Sui, suorum, suis, suos, à suis. Generis Fœminini: Sua, suæ, suæ, suam, à sua. *Et Plural:* Suæ, suarum, suis, suas, à suis. Generis Neutri: Suum, sui, suo, suum, à suo. *Et Plural:* Sua, suorum, suis, sua, à suis. Item, Possessiva finita ad aliquid dicta, ex utraq; parte pluralia, generis Masculini: Noster, nostri, nostro, nostrum, ô noster, à nostro. *Et Plural:* Nostri, nostrorum, nostris, nostros, ô nostri, à nostris. Generis Fœminini: Nostra, nostræ, nostræ, nostram, ô nostra, à nostra. *Et Plural:* Nostræ,strarum, nostris, nostras, ô nostræ, à nostris. Generis Neutri: Nostrum, nostri, nostro, nostrum, ô nostrum, à nostro. *Et Plural:* Nostra, nostrorum, nostris, nostra, ô nostra, à nostris. Generis Masculini: Vester, vestri, vestro, vestrum, à vestro. *Et Plural:* Vestri, vestrorum, vestris,

stris, vestros, à vestris. Generis Fœminini: Vestra, vestræ, vestræ, vestram, à vestra. *Et Plural:* Vestræ,strarum, vestris, vestras, à vestris. Generis Neutri: Vestrum, vestri, vestro, vestrum, à vestro. *Et Plural:* Vestra, vestrorum, vestris, vestra, à vestris. Da horum Composita! Egomet, tuimet, fuimet, sibimet: illic, isthic, illicine, isticene, hiccine, haccine, hoccine. Idem, in Masculino genere productum, in Neutro genere correptum: Idem, quisquis, quisnam, quispiam, aliquis.

Ego quotæ Declinationis? Primæ. quot sunt Pronomina Primæ Declinationis? Ego, tu, sui, quia mittunt Genitivum in *i*, vel *is*. Ille quotæ Declinationis? Secundæ. quot sunt Pronomina Secundæ Declinationis? quinque: Ille, ipse, iste, hic, is, quia mittunt Genitivum in *ius*. Meus quotæ Declinationis? Tertiæ. quot sunt Pronomina Tertiæ Declinationis? quinque: Meus, tuus, suus, noster, & vester, quia mittunt Genitivum singularem in formam adjectivorum Nominum in *i*, & *e*. Nostras quotæ Declinationis? quartæ. quot sunt Pronomina quartæ Declinationis? Duo: Nostras & vestras, quia mittunt Genitivum in *tis*, ut: Nostras, nostratis.

D E V E R B O.

Verbum quid est? Pars Orationis cum tempore & persona, sine casu, aut agere aliquid, aut pati, aut neutrum significans.

quo iudicio habes, quæ dictio sit Verbi partis? quælibet dictio Latina, cui commodè in vulgari adicitur *en, te, ô, mi, ti, ôk*, est Verbum. quâ causâ sequitur Verbum Nomen, Pronomen? quia Nomen & Pronomen, sine Verbo non efficiunt integrum

gram sententiam. Unde dicitur Verbum? A verberando; eò quòd verberatu aëris, plestròq; lingvæ, vox formetur. quid interest inter Nomen & Verbum? Nomen dicit ipsam personam; Verbum verò dicit factum dictumve personæ: Præterea, Verbum tempus habet, caret autem casibus; Nomen contrà, casus habet, non tempus. quotuplex est Verbum? Duplex: Personale & Impersonale. quid est Verbum personale? quod per tres distinctas personas conjugatur, ut: Amo. quid est Verbum impersonale? quod non juxta tres personas variatur: Vel, quod una voce omnes utriusq; numeri personas complectitur, ut: oportet, docetur. quotuplex est Verbum personale? quadruplex: Substantivum, Vocativum, Transitive, & Absolutum. quid est Verbum Substantivum? quod nec actionem, nec passionem; sed substantiam seu essentiam significat. Et sunt quatuor; Sum, forem, fio, & existo. quid est Verbum vocativum? Cujus actio maxime per propria Nomina specificatur. Et sunt quinque: Nuncupor, appellor, nominor, dicor, vocor. quid est Verbum transitive? quod in aliquem casum fertur, diversum ab eo, qui ipsum præcessit, ut: Amo Deum. quid est Verbum absolutum? quod perfectam sententiam facit sine obliquo, ut: Sto, curro, pendeo. quotuplex est Verbum impersonale? Duplex: Activæ vocis, & Passivæ vocis. quid est Verbum Impersonale Activæ vocis? quod definit in *t*, & conjugatur more Verbi Activi, tantum in tertiis personis singularibus, ut: juvat, rædet, conducit, incipit. quid est Verbum impersonale passivæ vocis? quod definit in *tur*, & conjugatur tantum in tertia persona, more Verbi passivi, ut: Itur, curritur.

Verbo

Verbo quot accidunt? Septem: Quæ? Qualitas, Conjugatio, Genus, Numerus, Figura, Tempus, & Persona.

qualitas Verborum in quo est? In Modis & in Formis. Modi qui sunt? Indicativus, ut: Lego, Imperativus, ut: Lege. Optativus, ut: Utinam legerem. Conjunctivus, ut: Cum legam. Infinitivus, ut: Legere. Impersonalis, ut: Legitur. Amo cujus qualitatis? Verbum habet pro qualitate Modum & Formam; ideoq; inter accidentia à plerisq; non numerantur.

Modi Verborum quot sunt? quinque: Indicativus, Imperativus, Optativus, Conjunctivus, & Infinitivus. quare omittis modum impersonalem, quem ponit Donatus? quia cum Verbum impersonale Modos non habeat, ut personale; inde ab aliis inter Modos non locatur. quare dicuntur Modi? quia sunt diversæ inclinationes animi, varios affectus demonstrantes. quorsum conducunt? Ad vertendam subinde locutionem; in qua Verbum est potissima pars, ad ipsos affectus exprimendos: Vel ad declarandam voluntatem, aut affectionem animi voce significatam. Amo cujus Modi? Indicativi; quia per eum indicamus vel definimus, quid actum sit, aut agatur à nobis vel ab aliis. Ama cujus Modi? Imperativi; quia per eum imperamus aliis, ut faciant aliquid, aut patiantur. quare hic Modus solum præsentis & futuro utitur? quia de his rebus, quas nunc fieri volumus, vel in futuro tantum imperare possumus, absurdum esset in præterito aliquid imperare. quare deficit prima persona in singulari? quia omnino ridiculum esset sibi ipsi quemquam imperare, cum sua quæ sunt, promptus

ptus sit spontè facere : imperiò itaq; tantùm externæ indigent personæ. Cur autem in Plurali tres adhibentur personæ? quia prima persona cum aliis se confert, & cùm imperat, se quoq; in id mīnisterium vocat, ut: In media arma ruamus; Est igitur hortandi, & non imperandi persona. Amarem cuius Modi? Optativi: quia eget Adverbio optandi, ut perfectum sensum significet, ut: Utinam amarem. quæ sunt Optativi signa? Utinam, ô, si, quàm, & si quæ sunt Adverbia Optandi alia Amem cuius modi? Coniunctivi, quia ipsi alterum Verbum semper coniungimus vel subiungimus, ut perficiat sensum, ut: Cùm promiserò, veniam. quæ sunt signa Coniunctivi? Dum, cùm, siquid, nisi, & alia pauca. Amare cuius Modi? Infinitivi: quia personis & numeris deficit, & eget semper uno aliquo ex quatuor dictis modis, ut significet aliquid perfectum. Legitur cuius Modi? Impersonalis: quia indiget Nominis & Pronominis personâ, ut: Legitur; addendum vel à me, vel à Socrate.

I. Indicativus modus: *Magyarázó mód, a' mellyel valakinek dolgát igazán ki-magyarázzuk.*

II. Imperativus: *Parantsoló mód, a' mellyel hagyjuk avagy parantsoljuk a' dolgot.*

III. Optativus: *Kivánó mód. mikor kívánságunkat jelentjük.*

IV. Coniunctivus: *Más főhöz köttetett mód, a' mellyről függ a' fő.*

V. Infinitivus: *Mikor senkiről nem főlünk.*

VI. Impersonalis: *Melly semmi személyt nem jegyez.*

Formæ Verborum quot sunt? Quatuor:
Quæ? Perfecta, ut: Lego. Meditativa, ut:
Lecturio.

Lecturio. Frequentativa, ut: Lectito. Inchoativa, ut: Fervesco, caleſco.

Amo cuius Formæ? Perfectæ: quia à nullo derivatur quomodo differunt Forma & Species? Nihil: nam Forma nihil aliud est, quàm Species, id est, origo Verbi: an scilicet Verbum sit Primitivum vel Derivativum, perfectum vel imperfectum, id est suæ an alienæ originis.

quid est ergo Forma? Est diversa Verborum Species. Ad quid conducunt Verborum Formæ? Ad orationis concinnitatem & brevitatem; nè quod paucis verbis eloquendum sit, ridiculè multis conemur. Esurio cuius Formæ? Meditativæ: quia in *rio* desinens, significat meditationem, seu potius desiderium cum primitivo, ut: esurio, id est cupio edere. Lectito cuius formæ? Frequentativæ: quia in *to*, *ſo*, vel *xo* desinens, significat frequentiam actûs sui primitivi, ut: Agito, curso, nexo. Caleſco cuius Formæ? Inchoativæ; quia in *ſco*, desinens, significat initium actûs, vel passionis sui primitivi, ut: Caleſco, id est: incipio calere. Habentne singula Verba has Species? Non: neque enim hæ Verborum Formæ à quolibet Verbo descendunt. quot sunt ergo Formæ seu Species Verborum? Duæ: Primitiva & Derivativa.

quæ sunt Derivativorum Species? Meditativa, Frequentativa, & Inchoativa. Est & Imitativa, quæ imitationem quandam designant, ut: Patriſſo, græciſſo, petiſſo. Item, Diminutiva, ut: Cantillo, forbillo, &c. Denominativa, ut: Rusticor, muneror, &c.

Conjugationes Verborum quot sunt? tres:
Quæ? Prima in *a*. Secunda in *e*. Tertia in *i*.
Prima

Prima quæ est? quæ in Indicativo Modo, Tempore præsentis, Numero Singulari, secundâ Persona, Verbo activo & neutrali *a* productam habet ante novissimam literam *s*; Passivo, Communi, & Deponenti, ante novissimam syllabam *ris*, ut: Amo, amas: amor, amaris. Et futurum Tempus ejusdem modi in *bo* & in *bor* syllabam mittit, ut: Amo, amabo: amor, amabor.

Secunda quæ est? quæ in Indicativo Modo, Tempore præsentis, numero singulari, secundâ Persona, Verbo activo & neutrali, *e* productam habet ante novissimam literam *s*; Passivo, Communi, & Deponenti, ante novissimam syllabam *ris*, ut: Doceo, doces: doceor, doceris: Et futurum Tempus ejusdem Modi in *bo* & in *bor* syllabam mittit, ut: Doceo, docebo: doceor, docebor.

Tertia quæ est? quæ in Indicativo Modo, Tempore præsentis, Numero singulari, secundâ Persona, Verbo activo & neutrali, *i* correptam vel productam habet, ante novissimam literam *s*; Passivo, Communi, & Deponenti, pro *i* literam *e* correptam vel *i* productam habet ante novissimam syllabam *ris*, ut: Lego, legis: legor, legeris: Audio, audis: audior, audiris. Et futurum tempus ejusdem Modi in *am* & in *ar* syllabam mittit, ut: Lego, legam: legor, legar; Audio, audiam: audior, audiar. Ubi possunt hæc discerni? Hæc in Imperativo & in Infinitivo Modo statim discerni possunt, utrum *i* literam correptam habeant, an productam: nam litera correpta si fuerit, in *e* convertitur: producta si fuerit, non mutatur. Et quando tertia Conjugatio futurum tempus non in *am* tantum, sed etiam in *bo* & in *bor* syllabam mittit interdum, cum *i* literam correptam non habuerit, sed productam, ut:

ut: Eo, is, ibo: queo, quis, quibo: eam, vel queam.

quid est Conjugatio? Est Conveniens Verborum declinatio per Tempora & Modos. Unde dicitur Conjugatio? A conjugando: quod unâ eademque ratione declinationis, plurima Verba per eam conjugantur. quotuplex est Conjugatio? Duplex: consequens, id est, æqualis, vel analogica: inconsequens, id est, æqualis, vel anomala. quid est Conjugatio consequens? Est eorum Verborum, quæ sub uno jugo flectuntur. quid est Conjugatio Inconsequens? Est eorum Verborum, quæ inconsequenter & irregulariter flectuntur.

quotuplex est Conjugatio Consequens? quadruplex: Prima tenet *a* productam: Secunda *e* productam: Tertia *e* correptam: quarta *i* productam. quare autem Donatus ponit solum tres Conjugationes? quia tertiam, dividit in tertiam brevem, & tertiam longam, quam nos quartam vocamus.

Amo cujus Conjugationis? Primæ: quia habet *a* longum ante *re* in Infinitivo, in voce activa, ut: Amare. Amor cujus Conjugationis? Primæ: quia habet *a* longum ante *ris*, in secunda Persona præsentis Indicativi, in voce passiva, ut: Amaris. Doceo cujus Conjugationis? Secundæ: quia habet *e* longum ante *re*, in Infinitivo, in voce activa, ut: Docere. Doceor cujus Conjugationis? Secundæ: quia habet *e* longum ante *ris* in secunda Persona præsentis Indicativi, in voce passiva, ut: Doceris. Lego cujus Conjugationis? Tertiæ: quia habet *e* breve ante *re* in Infinitivo, in voce activa, ut: Legere. Legor cujus Conjugationis? Tertiæ: quia habet *e* breve ante *ris*, in secunda Persona præsentis Indicativi, in voce passiva, ut: Legeris. Audio cujus Conjugationis? Quartæ: quia habet *i* longum

gum ante *re* in Infinitivo, in voce activa, ut: Audire. Audior cujus Conjugationis? Quarta: quia habet *i* longum ante *ris* in secunda Persona praesentis Indicativi, in voce passiva, ut: Audiris. Verba, quae has quatuor Conjugationes non sequuntur, qualia sunt? Anomala: Quare? Quia non referunt primam syllabam in reliquis Personis.

Quomodo distinguuntur à Conjugatione Verba? Quaedam sunt anomala, quaedam sunt regularia, quaedam plena, quaedam defectiva. Quae sunt anomala? Quae non secundum communem Formam Verborum declinantur, ut: Sum, volo, fero. Quae sunt regularia? Quae secundum communem Formam Verborum declinantur, ut: Amo, doceo. Quae sunt plena Verba? Quae non deficiunt neque Personis, neque Modis, neque Numeris, ut: Amo, doceo. Quae sunt deficientia, sive defectiva? Quae deficiunt & Numeris, vel Personis, vel Modis, ut: Ajunt, noctescit, diescit, & similia exceptae actionis, ut: Forem, faxo.

Genera Verborum quot sunt? Quinque: Quae? Activa, Passiva, Neutra, Deponentia, & Communia.

Activa quae sunt? Quae in *o* desinunt; & accepta *r* litera, faciunt ex se Passiva, ut: Lego, legor. Passiva quae sunt? Quae in *r* desinunt; & ea dempta, redeunt in Activa, ut: Legor, lego. Neutra quae sunt? Quae in *o* desinunt, ut Activa; sed accepta *r* litera, latina non sunt, ut: Sto, curro; nam stor, curror non dicitur. Sunt praeterea Neutra Passiva, ut: Gaudeo, gaudes, gavissus sum: soleo, soles, solitus sum: fio, fis, factus sum: mereo, meres, mæstus sum. Deponentia quae sunt? Quae in *r* si-

milli-

militer desinunt, ut Passiva; sed ea dempta, latina non sunt, ut: Lucror, loquor, sequor, nascor, & orior. Communia quae sunt? Quae in *r* similiter desinunt, ut Deponentia; sed in duas formas cadunt agentis & patientis, ut: Osculor, criminor. Dicimus enim: Osculor te, osculor à te: criminor te, criminor à te.

Quid est Genus Verbi? Nihil aliud est, quam significatio Verbi, quid quodq; Verbum significet. Quotuplex est Significatio? Duplex: Activa & Passiva. Activa quid est? Quod Verbum regit post se Accusativum Nominis, ut: Amo parentes. Quid est Passiva? Quae habet post se Ablativum Nominis, cum *à* vel *ab* Praepositione, ut: Amor à parentibus. Quomodo autem dignoscitur Genus Verbi? Ex significatione, & terminatione, & constructione. Omnia enim Verba perfectam habentia declinationem & æqualiter in *o* vel *or* desinunt: in *o* duas habent formas, Activam scilicet, & Neutram: in *or* verò Passivam, Deponentalem, & Communem.

Numeri Verborum quot sunt? Duo: Qui? Singularis, ut: Lego. Pluralis, ut: Legimus.

Figurae Verborum quot sunt? Duae: Quae? Simplex, ut: Lego. Composita, ut: Negligo.

Nota hic, quod compositio interdum Genus commutet, ut: Eo Neutrum, Adeo Activum: interdum Conjugationem, ut: Cubo prima, discumbo tertia; Cum quot partibus Orationis componuntur? Cum quatuor: Cum Nomine, ut: Crucifigo. Cum seipso, ut: patefacio. Cum Adverbio, ut: malefacio. Cum Praepositione, ut: advenio.

Tempora Verborum quot sunt? Tria: Quae

C

Quæ? Præsens, ut: Lego. Præteritum, ut: Legi. Futurum, ut: Legam.

Quot sunt Tempora in declinatione Verborum? Quinque: Quæ? Præsens, ut: Lego. Præteritum imperfectum, ut: Legebam. Præteritum perfectum, ut: Legi. Præteritum plusquamperfectum, ut: Legeram. Futurum, ut: Legam.

Quid est Tempus? Est cum in Verbo quæritur, quando quid factum aut dictum sit; Accidit autem Verbo, ad diversi actûs significationem accommodatum. Amo cuius Temporis? Præsens: quia præsens Tempus designat; Rem enim nunc esse vel fieri, præsens Tempus significat. Amabam cuius Temporis? Præteriti imperfecti quia rem fuisse incœptam significat; nondum tamen perfectam. Amavi cuius Temporis? Præteriti perfecti: quia rem perfectam actam significat. Amaveram cuius Temporis? Præteriti plusquamperfecti: quia rem perfectè diu præteruisse significat. Amabo cuius Temporis? Futuri: quia rem futuram esse significat.

Tempus præsens: *a' melly jelen vagyon még.*

Præteritum imperfectum: *a' melly nem mindenesföls fogva el-múlt dolgot jegyez.*

Præteritum perfectum: *a' melly el-múlt, de nem régen.*

Præteritum plusquamperfectum: *a' melly régen el-múlt.*

Futurum: *a' melly jövőben lélen.*

Personæ Verborum quot sunt? Tres:

Quæ? Prima, ut: Lego. Secunda, ut: Legis.

Tertia, ut: Legit.

Quid est Persona? Est rationalis substantia, quæ sermo

termo exercetur. Quid est prima Persona? Quæ loquitur, & cui additur Pronomen primæ Personæ. Quid est secunda Persona? Cui loquitur, & cui additur Pronomen secundæ Personæ. Quid est tertia Persona? De qua fit sermo, & cui additur Pronomen vel Nomen tertiæ Personæ. Amo cuius Personæ? Primæ: quia attribuitur rei, de se loquenti. Amas cuius Personæ? Secundæ: quia attribuitur rei, ad quam fit sermo. Amat cuius Personæ? Tertiæ: quia attribuitur rei, de qua fit sermo.

DE ADVERBIO.

Adverbium quid est? Pars Orationis, quæ adjectô Verbô, significationem ejus explanat, atque implet.

Quare post Verbum mox sequitur Adverbium? Quoniam nunquam à Verbo recedit. Adverbium enim sine Verbo nunquam ponitur, sed Verbum sine Adverbio sæpe: quia Verbum non ubiq; indiget Adverbio; Adverbium verò nunquam non indiget Verbô. Unde dicitur Adverbium? Ab Ad, id est juxta, & Verbum: quia juxta Verbum ponitur, ut declaret ejus significationem. Quomodo id fit? Quia Verbum significat ipsam rei actionem, ut: amare, vivere; hanc abjectô Adverbio explanamus & implemus, hoc est, perfectius exprimimus. Sic dicimus: *pudicè amare, bene vivere.* Quis est usus Adverbii? Ut perficiendæ & ornandæ significationis gratiâ, vel Verbo, vel alteri parti addatur. Unde derivantur Adverbia? Sunt Adverbia quæ à se nascuntur, & dicuntur primitiva, ut: clam. Sunt Adverbia, quæ ab aliis veniunt, & dicuntur derivativa, ut: clanculum. Unde

de veniunt Adverbia derivativa? A Nomine proprio & appellativo, ut: Homericè, feliciter. A Pronomine, ut: hic. A Verbo, ut: cæsum à cado. A Nomine & Verbo, ut: pedetentim. A Participio, ut: negligenter. A Præpositione, ut: intrò. Penes quid Adverbia dignoscuntur? Ex Donati enumeratione fideli, ac usu quotidiano deprenduntur.

Adverbio quot accidunt? Tria: Quæ? Significatio, Comparatio & Figura.

Significatio Adverbiorum in quo est? Quia sunt Adverbia aut Loci, aut Temporis, aut Numeri, aut Negandi, aut Affirmandi, aut Demonstrandi, aut Oprandi, aut Hortandi, aut Ordinis, aut Interrogandi, aut Similitudinis, aut Qualitatis, aut Quantitatis, aut Dubitandi, aut Personalia, aut Vocandi, aut Respondendi, aut Separandi, aut Jurandi, aut Eligendi, aut Congregandi, aut Prohibendi, aut Eventus, aut Comparandi.

Hodie cujus significationis? Temporis: quia per ipsum Tempus significamus. Significationes Adverbiorum quot sunt? Ignoratur Numerus; neque enim omnes ponit Donatus.

Da Adverbia Loci! ut: hic, *itt*: ibi vel illic, *ott*: indè, *innét*: intrò vel foràs.

Da Temporis! ut: hodie, *ma*: heri, *tegnap*: nunc, *mostar*: nuper, *minap*: cras, *bolnap*: aliquando, *valaba*: olim, *régenten*: jam, *immár*: tunc, *akkor*: cùm, *mikor*: dum, *mig*: manè, *reggel*: serò, *késön*: semper, *mindenkor*.

Quæ à Grammaticis his adjiciuntur? Modò, pridem, jam pridem, dudum, jam dudum, jam indè, jam olim, olim jam, idem, quondam, & olim quondam,

dam, diu, jam diu, & tamdiu, diu noctuque, dies & noctes, interdiu, aliquandiu, antehac, posthac, antea, postea, nudius tertius, nudius quartus, perendie, pridie, postridie, meridie, quotidie, in dies, & in diem, quot mensibus, quot annis, vesperi, diluculo, crepusculo, ætatè, hyemè, quando, siquando, nequando, quantisper, aliquantisper, tantisper, nondum, necdum, tum, quousque, usquequo, interea, & interim, dehinc, exinde, deinde, mox, illico, propediem, confestim, statim, actutum, quamprimum, extemplò, post, postquam, posteaquam, ut, simulac, tandem, paucis post diebus, raptim, saltim: cursum, subito, repentè, ociùs, citò, celeriter, deimprovisò, derepentè, protinus, continuo, ubivis, unquam, nunquam, nonnunquam, interdum, temporis punctum, interea loci, dictum, factum.

Da Numeri! ut: Semel, *egyfer*: bis, *kétfer*: ter, *háromfor*: quater, *négyfer*.

Et quæ ad hanc significationem pertinent, similia sunt, Numeralia scilicet: Iterum, quinquies, sexies, nonies, decies, vicies, tricies, octogies, nonagies, centies, ducenties, trecenties, quadrigenties, &c usque ad millies: quoties, toties, aliquoties, duntaxat, plerumque, pluries, sæpe, sæpenumero & sæpius, subinde. Adde: bifariam, trifariam, multifariam, simpliciter, dupliciter.

Da Negandi! Haud, non, *nem*: neque, *sem*.

Quæ sunt his addenda? Parum, *pro* non satis: fecus, minimè, minimè gentium, nequaquam, neutiquam, falsò, nihil & nullus *pro* non, nullo modo, non, ne *pro* ni, quominus, fabule, somnie, nec ne, nullatenus.

Da Affirmandi! ut: Etiam, quidni, certè, *igazán*, *bátor*. C3 Quæ

Quæ sunt his similia? Ita, ita est, sic, sic est, sic erit, hoc ipsum, id ipsum, rectè, sanè, probè, rectissimè, planissimè, verissimè, maximè, id scilicet, sanè, quidem, nisi, cur non, nempe, quippe, utpote, profectò, scilicet, videlicet, planè, licet, ilicet, nimirū, & mirum, quid istuc. Næ, cum diphthongo scriptum, *pro* certè.

Da Demonstrandi! üt: En, ecce, *ibon*.

Quæ sunt huic significationi similia? üt: Eccene, ellum, ellam, ellum, ellos, ellas, eccam, eccum.

Da Optandi! üt: Utinam, *vajba*: ô si, ô ha.

Quæ sunt his similia? O utinam, ô ut, veluti, idem enim sunt, si, etsi, quamsi, nunc, ah, oh, optatò advenis, precariò, quid si. Quomodo hæc differunt à Verbis Optandi? Verba rem aliquam definitam cum Optandi affectu significant: hæc notæ velutique nomina sunt Optandi.

Da Hortandi! üt: Eja, *bozzá*: age, *noſſa*.

Quæ sunt his addenda? Eja, age, agite, euge, nonnunquam, & dum adjecta, üt: adesdum, agedum, agitedum.

Da Ordinis! üt: Inde, *innen*: deinde, deinceps, *annakutánna*.

Quæ istis accedunt? Primò, secundò, tertio: Primum, secundum, tertium: Primumjam, jamprimum, principiò, denuò, præterea, porrò, rursus & rursus, obiter, indè, ante, tandem, denique, postremum, novissimè, dehinc, interea, dein, postea, invicem.

Da Interrogandi! üt: Cur, *miért*: quare, quamobrem.

quæ

Quæ sunt his similia? Quapropter, qua de re, non, nonne, anne, num, nimirum, quid ita, quando, ubi, quò, quorsum, quà, quì, quomodo, quopactò, utrùm, quin, *pro* cur non.

Da Similitudinis! üt: Quasi, *ugy-mint*: ceu, sicut, sicuti, *mint*: velut, veluti, tanquam, üt, uti.

Quæ sunt huc referenda? Ita, itaque, atque, adeò, perinde, ac si, proinde, quasi, idem, itidem, similiter, identidem, prout, sic, quemadmodum, suatim, caninè, paternè, mutuò, invicem, vicissim, alternis, quàm, non aliter, haud secus ac, haud aliter ac, eo pacto, instar.

Da Qualitatis! üt: Doctè, *bölszen*: pulchre, *fépen*: fortiter, *erösen*: viriliter, *emberül*: benè, *jól*: malè, *gonofúl*, *roſſkül*.

Quæ sunt his similia? Indulgentè, diligenter, sapienter, insipienter, utiliter, feliciter, audacter, difficulter, durè & duriter, largè & largiter, humanè & humaniter, firmiter, expeditè, verecundè, ridiculè, sublimè, torvum, consultò, auspiciatò, manifestò, meritò, perinde, abunde, rite, spontè, usui, honori.

Da Quantitatis! üt: Multum, *fokká*: parum, *lassan*: modicum, *kevessé*: nimum, *féllette*: minimum, *kitsimnyé*: valde, *igen*.

Quæ sunt his similia? Parumper, plùs, plurimum, abunde, satius *id est* melius, tantum, tantummodo, minùs, nimis, ampliùs, valdè *pro* validè, magnopere, tantopere, impensè, impendiò, oppidò, apprimè, abunde, abundanter, affatim, paulatim, ubertim, multis modis, miris modis, mirum in modum,

C 4

mirè.

mirè. Et per nec non *quam*, in compositione: Per-
charè, perparcè, quamaximè.

Da Dubitandi! ùt: Forfan, *talám*: forsitán,
fortasse, fortassis, vel fortuitò, *né-talám*.

Quæ huc pertinent? Anne geminatum, & En-
cliticum atne, utrùm, fors, forsitán, mirùm, an mi-
ror; ubi sit, fortè

Da Personalia! Mecum, *énvelem*: tecum,
teveled: secum, *vèle*: nobiscum, vobiscum.

Quæ sunt his similia? Meatum, tuatum, suatum,
nostratum, vestratum; id est, more meo, tuo, suo,
nostro, vestro.

Da Vocandi! ùt: ô heus, *ballád-é*.

Da consimilia! Eho, ehodum, ô Clitiphe, ô Da-
ve, hem. Sunt interdum Interjectiones.

Da Respondendi! ùt: Hem, *beb*.

Da his similia! Quid vis? quid tibi vis? quid a-
gis? quis me vocat? quis est, qui vocat? qui homo?
quid vult?

Da Separandi! ùt: Seorsum, *fél-félé*: re-
trorsum, *bátra-félé*.

Quæ sunt similia? Sigillatim, separatim, bifari-
am, omnifariam, privatim, præsertim, secus, ejus
comparativus secius, (pro minus) tardius, secretò,
rursus

Da Jurandi! ùt: ædepol, *bizony*: castor,
hercle, *bitemre*: medius fidius, *lstenemre*.

Quæ sunt his similia? Hercle, mehercle, hercule,
mehercule, castor, mecastor, percastor, pol, perpol,
perjovem, ira me Dii ament. Simile est illud vul-
gare: Sic me Deus adjuvet!

Da

Da Eligendi! ùt: Potius, *inkább*: imò,
söt inkább.

Da his similia! quin, potiùs, fatiùs, meliùs, imò,
verò, & quidem, & ac, pro quàm, ùt: aliud respon-
des, ac rogo.

Da Congregandi! ùt: Simul, *egyetemben*:
unà, *együtt*: pariter, *egyenlöképen*.

Da his similia! Unà, cum, simul, pariter, & cum
parte, summa cum libertate, vicatim, ostiatim, sum-
matim, generatim, universim, conjunctim, tum-
tum, et-et, partim-partim, simul-simul vel, Con-
junctio, dum significat etiam, ùt: vel oculum excul-
pe, vel hoc quis non credat.

Da Prohibendi! ùt: Nè, *ne*.

Da similia! Nam, en. Conjunctio corripitur *ne*,
ve, & *neu*, per Apocopen.

Da Eventûs! ùt: Fortè, fortuitò, *törté-
net ferint*.

Quæ sunt his similia! Fortè, casu, fatò, fataliter,
ùt: virgula divina.

Da Comparandi! ùt: Magis, *inkább*: mi-
nùs, *nem annyira*: vel tam, *annyira*: quàm,
ennyire, *ugymint*: maximum, minimum.

Quæ sunt his similia? Plus, doctiùs, meliùs, po-
tiùs, & omnes comparativi adverbiales, à Nomi-
nibus neutro genere transpositi, in *us*.

Suntne aliæ significationes Adverbiorum? Sunt:
ùt: Superlativa, Intendendi, Remittendi, Diminu-
tiva, Precandi, Excludendi, Concedendi. Da Su-
perlativa! ùt: Maximè, prudentissimè, doctissimè,
elegantissimè, optimè, in vim potissimum. Da In-
tendendi! ùt: Sæpe, nimis, nimium, nimidò, nimis-
quam,

C 5

quam, prorsus, prorsum, omnino, mordicus, protinus, sat & satis, necessariò, necesse est, penitus, funditus. Da Remittendi! ut: vix, fere, penè, ægre, paulatim, prope, sensim, pedetentim, & suspensò gradu, passim, placidè, spontè, impurè, propemodum, furtim, clam, vicatim. Da Diminutiva! ut: Clanculum, bellè, perbellè, duriusculè, meliusculè. Da Precandi! ut: Sodes, amabo, amabo te, penultimà longà, quæ & Interjectiones dicimus. Da Excludendi! ut: Tantùm, tantummodo, duntaxat, solum, pax. Da Concedendi! ut: Ut, estò, sanè. Reliquæ significationes Adverbiorum unde cognoscuntur? Ex circumstantiis actionum.

Comparatio Adverbiorum in quo est? In tribus gradibus Comparisonis, scilicet: Positivo, Comparativo, & Superlativo.

Da Adverbia Positivi gradûs! ut: Doctè. Da Comparativi gradûs! ut: Doctiùs. Da Superlativi gradûs! ut: Doctissimùm, vel doctissimè.

Comparaturne hodie? Non: quia non descendit à Nomine adjectivo comparabili. Comparaturne doctè? Etiam: quia descendit à Nomine Adjectivo comparabili, ut: Doctè, doctiùs, doctissimùm vel doctissimè. Suntne etiam comparabilia non nata à Nominibus? Sunt; ut: Sæpe, sapius, sapissime: secùs, seciùs, absque Superlativo: nuper, nuperrime, absque Comparativo.

Figuræ Adverbiorum quot sunt? Duæ: Quæ? Simplex, ut: Doctè, prudenter. Composita, ut: Indoctè, imprudenter.

Adverbia Localia sunt hæc, vel in loco, vel de loco, vel ad locum, vel per locum; Sed in loco, vel

vel de loco, eandem significationem habent, ut: Intus sum, intus exeo, foris sum, foris venio. Ad locum autem & per locum, aliam significationem habent, ut: Intrò eo, foràs exeo; De intus autem & de foris sic non dicitur: Quomodo nec dicimus, ad foras, vel in foras. Per locum autem, ut: Hæc, illac, istac.

Adverbia Localia quot habent differentias? Quatuor: In loco, de loco, ad locum, per locum. Da Adverbia loci, quæ in loco significant! ut: Hic, illic, istic, intus, foris, ibi, alibi, alicubi, sicubi, ubique, ubilibet, ubicunque, superius, inferius, primò, secundò, tertio, quartò, supra, infra, ubivis, longè, prope, procul, ubiubi, ubique gentium, penitus, usquam, nusquam, coràm, præstò, peregre, Romæ, Norimbergæ, Carthagine, Venetiis, bellò, militia, domi, ruri.

Da Adverbia, quæ significant de loco! Hinc, istinc, illinc, sicunde, necunde, undique, alicunde, undecunque, utrinque, superne, inferne, cœlitus, funditus, radicitus, unde, undelibet, undevīs, indè, peregre, identidem, aliunde, stirpitus, divinitus, humanitus, eminus, cominus, ponè, Tarentò, mantuà profectus est, Norimbergà discessit.

Da Adverbia quæ significant ad locum! Huc, illuc, istuc, eò, quò, aliquo, siquo, quocunque, intrò, foras, nusquam, nequo, utroque, quoquoque, quovis gentium, quorsum, aliquorsum, deorsum, versùs vel versum, sursum & fursù versùs, dextrorsum vel dextro versum, sinistrorsum vel levorsum, horsum v. quorsum, versum, istrorsum, illorsum, nequorsum, utroque versum, aliorum, usquam, ultrocitraque, quousque vel usquequo, hætenus, quatenus, eatenus, hucusque, istucusque, eousque, usque: Miletum usque processit. Da

Da Adverbia, quæ significant per locum! Hæc, illac, isthac, nequa, siqua, aliqua, utrâque, quâque, eadem, quâ, quacunque, aliâ, rectâ.

DE PARTICIPIO.

Participium quid est? Pars Orationis, partem capiens Nominis, partemque Verbi. Recipit enim à Nomine Genera & Casus: à Verbo Tempora & Significationes: ab utroque Numerum & Figuram.

Quomodo se habet Participium ad Verbum & Nomen? Ceu medium quoddam: nam & Casus habet, sicut Nomina, & Tempora, constructionemque sicut Verba, unde etiam Præteritum Verbi Passivi supplet. Unde dicitur Participium? A partem capiendo, quasi parti capium; quoniam partem capit Nominis, partemque Verbi, & partem ab utroque. Unde dignoscitur Participium? Ex terminatione & ejus significatione, Quot sunt terminationes Participiorum? Septem: *ans*, ut: amans: *ens*, ut legens: *tus*, ut lectus: *sus*, ut visus: *xus*, ut pexus: *rus*, ut amaturus: *dus*, ut amandus, mortuus *singulare est*.

Participio quot accidunt? Sex: Quæ? Genus, Casus, Tempus, Significatio, Numerus, & Figura.

Genera Participiorum quot sunt? Quatuor. Quæ? Masculinum, ut: hic lectus. Fœmininum, ut: hæc lecta. Neutrum, ut: hoc lectum. Omne, ut: hic & hæc & hoc legens. Casus Participiorum quot sunt? Sex. Qui? Nominativus, ut: hic hæc hoc Legens. Genitivus, ut: hujus legis. Dativus,

ut: huic legenti. Accusativus, ut: hunc & hanc legentem, & hoc legens. Vocativus, ut: ô legens. Ablativus, ut: ab hoc & ab hac & ab hoc legente vel legenti. Tempora Participiorum quot sunt? Tria: quæ? Præsens, ut: Legens. Præteritum, ut: lectus. Futurum, ut: lecturus, ~~vel~~ legendus.

Amans cujus Temporis? Præsentis & Præteriti imperfecti quæ Participia sunt Præteriti imperfecti temporis? Omnia quæ desinunt in *ns*, ut: amans, legens. Quomodo exponuntur? Per Verbum præsentis temporis, & Præteriti imperfecti, & qui, quæ, quod, ut: amans, qui amat, vel qui amabat. Amatus cujus Temporis? Præteriti perfecti & plusquamperfecti. Quæ sunt Præteriti? In *tus*, *sus*, *xus* omnia. Quomodo exponuntur? Per Præteritum passivum perfectum & plusquamperfectum, & qui, quæ, quod, ut: Amatus est vel fuit: vel, qui amatus erat vel fuerat. Amaturus cujus Temporis? Futuri. quæ sunt Futuri temporis? Omnia in *rus* & *dus*. Quomodo differunt? In *rus* Activè & Neutraliter significant; in *dus* verò Passivè. Quomodo exponuntur Participia in *rus*? Per Verbū Activum Futuri Temporis, & qui, quæ, quod, ut: amaturus, qui amabit. Quomodo exponuntur Participia Futuri in *dus*? Per Verbum futurum Passivæ vocis, & qui, quæ, quod, ut: amandus, id est, qui amabitur.

Quare inventa sunt Participia, cum tamen idem per Verbum possumus præstare? Maximè ob orationis concinnitatem & breviteratem, nè tot Relativis, Verbis, Adverbis, Conjunctionibus nobis opus sit; & nè eadem semper sit orationis facies, ut: Desipit omnis amans: Omnis, qui amat, desipit: &c. Exponuntur aliter Participia? Maximè: nam per Relativum qui, quæ, quod, est vulgaris expolitio.

rio. Sed interim resolvuntur in sua Verba, & in dum, vel ut, vel postquam, vel &, vel quoniam, vel cum, & similia, ut: Præptore legente discunt discipuli: id est, cum legit Præptor. Unde formantur Participia in *ns*? A Præterito imperfecto Verbi sui, *ham* vel *bar* in *ns* converso, ut: legebam legens, osculabar osculans, præteribam præteriens, quibam quuens; ubi *ham* mutatur in *ns*. Unde formantur Participia in *tus*, *sus*, *xus*? Ab ultimo Supino Verbi, addendo *s*, ut: amatu amatus, pexu pexus, visu visus; Excipitur mortuus, à morior. Unde formantur Participia in *rus*? Ab eodem ultimo Supino, addendo *rus*, ut: amatu amaturus, visu visurus. Unde formantur Participia in *dus*? A Genitivo singulari Participiorum in *ns*, *tis* in *dus* converso, ut: amantis, amandus. Quæ sunt Participia Masculini generis? Quæ desinunt in *us*. Fœminini? Quæ desinunt in *a*. Neutri? Quæ desinunt in *um*. Omnis? Quæ desinunt in *ns*.

Significationes Participiorum in quo sunt?

Quia ab Activo Verbo duo Participia veniunt: Præsens & Futurum, ut: Legens, & lecturus. A Passivo quot? Duo: Præteritum & Futurum, ut: Lectus, legendus. A Neutro quot? Duo, sicut ab Activo, Præsens & Futurum, ut: Stans, & staturus. A Deponenti quot? Tria. Quæ? Præsens, Præteritum, & Futurum, ut: Loquens, locutus, locuturus. A Communi quot? Quatuor: Quæ? Præsens, Præteritum, & duo Futura, ut: Criminans, criminatus, criminaturus, & criminandus.

Quid est Significatio in Participio? Id, quod Genus in Verbo. Per quid cognoscitur? Per genus Verbi, ut: Amans est Activæ Significationis, quia

venit à Verbo Amo, quod est Activi generis. Quot sunt ergo Significationes Participiorum? Quinque: Activa, Passiva, Neutra, Deponens, & Communis. Quæ Participia sunt Significationis Activæ? Quæ à Verbis generis Activi descendunt. Quot Participia descendunt ab Activi generis Verbo? Duo: Præsens in *ns*, & Futurum in *rus*. Quæ Participia sunt Significationis Passivæ? quæ à Verbis Passivi generis descendunt. Quot Participia descendunt à Verbis Passivi generis? Duo: Præteritum in *tus*, vel *xus*, vel *sus*, & Futurum in *dus*. Quæ Participia sunt Significationis Neutralis? Quæ à Verbis Neutri generis descendunt. Quot Participia descendunt à Verbis Neutri generis? Duo: Præsens in *ns*, Futurum in *rus*. Quæ Neutra habent quatuor Participia? Quæ habent Passivum in tertia Persona, ut: Sæmino, aro, tundo: arans, turus, tus, & arandus. Quæ Neutra habent tria Participia, scilicet: Præsens, Præteritum, & Futurum in *rus*? Prandeo, cæno, mereo, nubo, jubeo, quiesco, placeo, tribuo, gaudeo, fido, soleo, audeo, assvesco, ut: prandens, pransus, pransurus. Quæ Participia sunt significationis Deponentis? Quæ à Verbis Deponentis generis descendunt. A Deponentibus Verbis quot descendunt Participia? Tria: Præsens in *ns*, Præteritum in *tus*, & Futurum in *rus*, ut: Sequens, secutus, secuturus. Quæ Deponentia habent quatuor Participia? quæ fuerunt olim Communia, ut: Loquendus, utendus, sequendus. Quæ Participia sunt Significationis Communis? Quæ à Verbis Communis generis descendunt. Quot Participia descendunt à Verbis Communis generis? quatuor: Præsens, Præteritum, duo Futura in *rus* & *dus*, ut: Largiens, largitus, largiendus, & largiturus.

turus. Quomodo differunt? In *ns* & *rus*, significant tantum Activè, in *us* tantum Passivè. Præteriti autem Temporis significant Activè & Passivè, ut: Largitus, qui donavit, & qui donatus est. Sunt & Participia quæ citra Verbi originem fiunt, ut: Exosus, perosus.

Numeri Participiorum quot sunt? Duo: Qui? Singularis, ut: hic Legens. Pluralis, ut: hi Legentes.

Amans cujus Numeri? Singularis: quia singulariter profertur, Amantes cujus Numeri? Pluralis: quia pluraliter profertur.

Figuræ Participiorum quot sunt? Duæ: Quæ? Simplex, ut: Legens. Composita, ut: Negligens.

Amans cujus Figuræ? Simplicis: quia simpliciter profertur. Deamans cujus Figuræ? Decompositæ: quia à composito derivatur, quod est Deamo. Omne enim, quod derivatur à composito, dicitur decompositum.

Quid de Declinatione Participiorum sentis? Participia omnia ad Declinationem Nominum pertinent. Quæ sunt Primæ Declinationis? quæ desinunt in *a*. Secundæ? quæ desinunt in *us* & *um*. Tertiæ? quæ desinunt in *ns*.

*Da Paradigma Participiorum Activorum
& Neutrorum in ans vel in ens finientium!*

Legens Participium, veniens à Verbo Activo, Temporis præsentis, Generis omnis, Numeri Singularis, Figuræ Simplicis, Casus Nominativi, Accusativi, & Vocativi; quod decli-

clinabitur sic: Nominativô hic & hæc & hoc Legens, Genitivô hujus legentis, Dativô huic legenti, Accusativô hunc & hanc legentem, & hoc legens, Vocativô ô legens, Ablativô ab hoc & ab hac & ab hoc legente vel legenti. *Et Pluraliter*: Nominativô hi & hæc legentes, & hæc legentia, Genitivô horum & harum & horum legentum, vel legentium, Dativô his legentibus, Accusativô hos & has legentes & hæc legentia, Vocativô ô legentes & ô legentia, Ablativô ab his legentibus.

Da quoque Paradigma Participiorum Activorum, aut Neutrorum Futuri in rus.

Lecturus Participiū, veniens à Verbo Activo Temporis Futuri, Numeri Singularis, Figuræ Simplicis, Casus Nominativi; quod declinabitur sic: Nominativô hic lecturus, hæc lectura, hoc lecturum: Genitivô hujus lecturi, lecturæ, lecturi, : Dativô huic lecturo, lecturæ, lecturo: Accusativô hunc lecturum, hanc lecturam, hoc lecturum: Vocativô ô lecture, lectura, lecturum: Ablativô ab hoc lecturo, ab hac lectura, ab hoc lecturo. *Et Pluraliter*: Nominativô hi lecturi, hæc lecturæ, hæc lectura: Genitivô horum lecturorum, harum lecturarum, horum lectorum Dativô his lecturis: Accusativô hos lecturos, has lecturas, hæc lectura: Vocativô ô lecturi
D lectu-

lecturæ, lectura: Ablativô ab his lecturis.

*Da Paradigma Participiorum Passivorum
& Deponentium Præteriti Temporis in tus,
sus, aut xus finientium!*

Lectus Participium, veniens à Verbo Passivo, Temporis Præteriti, Numeri singularis, Figuræ Simplicis, Casûs Nominativi, quod declinabitur sic: Nominativô hic Lectus, hæc lecta, hoc lectum: Genitivô hujus lecti, lectæ, lecti: Dativô huic lecto, lectæ, lecto: Accusativô hunc lectum, hanc lectam, hoc lectum: Vocativô ô lecte, lecta, lectum: Ablativô ab hoc lecto, ab hac lecta, ab hoc lecto. *Et Pluraliter:* Nominativô hi lecti, hæc lectæ, hæc lecta: Genitivô horum lectorum, harum lectorum, horum lectorum: Dativô his lectis: Accusativô hos lectos, has lectas, hæc lecta: Vocativô ô lecti, lectæ, lecta: Ablativô ab his lectis.

*Da Paradigma Participiorum Passivorum
Communium Verborum Futuri Temporis
in dus finientium!*

Legendus Participium, veniens à Verbo Passivo, Temporis Futuri, Numeri singularis, Figuræ Simplicis, Casûs Nominativi; quod declinabitur sic: Nominativô hic Legendus, hæc legenda, hoc legendum: Genitivô hujus legendi, legendæ, legendi: Dativô huic legendo, legendæ, legendo: Accusativô

fativô hunc legendum, hanc legendam, hoc legendum: Vocativô ô legende, legenda, legendum: Ablativô ab hoc legendo, ab hac legenda, ab hoc legendo. *Et Pluraliter:* Nominativô hi legendi, hæc legendæ, hæc legenda: Genitivô horum legendorum, harum legendarum, horum legendorum: Dativô his legendis: Accusativô hos legendos, has legendas, hæc legenda: Vocativô ô legendi, legendæ, legenda: Ablativô ab his legendis.

Degenerantne aliqua Participia in Nomina? Imò quot modis? quatuor modis: Primò, Compositione, ut: Indoctus. Secundò, Constructione, ut: Abundans laudis. Tertiò, Comparatione, ut: Sapiens, sapientior, sapientissimus. Quartò, amissionem Temporis, ut: Doctus, *pro* eruditus.

DE CONJUNCTIONE.

Conjunctio quid est? Pars Orationis annectens ordinem & sententiam.

Conjunctioni quot accidunt? Tria. Quæ? Potestas, Figura, & Ordo.

Unde dicitur Conjunctio? A conjungendo, quòd conjungat elocutionem. Nam si quis dicat: Ego, tu eamus; diffidet oratio. Si interpone &, dicens: Ego & tu eamus; incipit coherere. Ad quid conducit Conjunctio? Multum conducit ad rectè connectendam orationem: Conjungit enim vim & ordinem orationis. Indè etiam Nomen meruit, quia pro vinculo interponitur orationi: quoniam laxum & diffusum sermonem, more catenæ interpositæ devin-

devincit atq; connectit. Penes quid Conjunctiones cognoscuntur? Ex Donati enumeratione fideliter ac usu quotidiano.

Potestas Conjunctionum quot Species habet? Quinque. Quas? Copulativas, Disjunctivas, Expletivas, Causales, & Rationales.

Da Copulativas! ut: Et, que, quoque, at, atque, ac, ast.

Quæ his adduntur? Etiam, præterea, alioquin, item, itēque, cum, tum, simul *pro* &, adeo *pro* etiam.

Da Disjunctivas! ut: Aut, ve, vel, ne, nec, an, neque.

Da Expletivas! ut: Quidem, equidem, faltē, videlicet, quā, quamvis, quoque, autem, porrò, licet, tamen, veruntamen.

Da Causales! ut: Si, etsi, etiamsi, siquidem, quando, quandoquidem, quin, quinetiam, quatenus, fin, seu, sive, ceu, neve, nam, namque, ni, nisi, nisi, nè, sed, interea, quāobrem, præsertim, item, itemque, cæterum, alioquin, præterea.

Quæ adduntur his? Quod *pro* quā, quo *pro* quia, præcipuè post non, propterea, quod, quippe, ut *pro* siquidem, ut *pro* utpote.

Da Rationales! ut: Ita, itemque, etiam, etenim, enimvero, quia, quapropter, quoniam, quidem, quippe, nempe, ergo, ideo, igitur, scilicet, videlicet, propterea, idcirco.

Da his similia! Quare, quocirca, proinde.

Potestas quid est? Nihil aliud est, quàm ipsius Con-

Conjunctionis significatio. Et, cujus Speciei sive Potestatis? Copulativæ: quia copulat tam sensum, quàm Verba, ut: Ego & Tu eamus. Vel, cujus Potestatis? Disjunctivæ: quia dictionis connectens sensum disjungit, ut: Vel est sanus, vel est æger: Oportet enim unum esse verum, alterum falsum: Aut est dies, aut est nox. Quidem cujus Potestatis? Expletivæ: quia explet, id est, explanat sensum; & aliquando solā festivitatis gratiā ponitur: Nam, cujus Potestatis? Causalis: quia rei causam demonstrat. Ergo, cujus Potestatis? Rationalis: quia rei rationem demonstrat.

Figuræ Conjunctionum quot sunt? Duæ: Quæ? Simplex, ut: nam. Composita, ut: namq;

Ordo Conjunctionum in quo est? Quia aut præpositivæ Conjunctiones sunt, ut: At, ac, ast. Aut Subjunctivæ, ut: que, ne, ve. Aut Communes, ut: ergo, ideo, igitur.

Quid est Ordo in Conjunctione? Est Modus præponendi & postponendi Conjunctiones. Quot sunt Ordines Conjunctionum? Tres. Qui? Præpositivus, Subjunctivus, Communis. Da Conjunctiones Præpositivi Ordinis! Ac, at, atque, aut, &, vel, nec, neque, siquin, quatenus, fin, seu, sive, nisi, nī. Quare dicuntur Præpositivi Ordinis? Quia semper in Oratione præponuntur. Da Subjunctivi Ordinis! que, ne, ve, verò, quoq; autē, quidē. Quare dicuntur Subjunctivi ordinis! quia subjiciuntur seu subjunguntur in Orationis Ordine. Da Conjunctiones Communis Ordinis. Cæteræ ferè omnes, præter suprā dictas, ut: equidem, igitur, tamen, ergo, quanquam, quoniam. Quare dicuntur Communes? Quia in Orationis Ordine

& præponi & postponi possunt. Que, qualis Con-
junctio? Enclitica, sive Inclitica. Quot sunt Con-
junctiões Encliticæ? Tres: que, ne, ve; quia præ-
cedentem syllabam extollunt; ipsæ autem incli-
nantur.

DE PRÆPOSITIONE.

Præpositio quid est? Pars Orationis, quæ
præposita aliis partibus in Oratione, si-
gnificationem earum aut complet, aut mu-
tat, aut minuit.

Quando mutat? Quando diversam significatio-
nem inducit, ut: æquus, iniquus: sapio, desipio.
Quando complet? Quando perficit augere signifi-
cationem, ut: deamo, depereo, id est, valde amo,
prorsus pereco. Quando minuit? Quando signifi-
cationem partis, cui componitur, adimit, ut: subtri-
stis, subrideo; id est, parum tristis, parum rideo.
Unde dicitur Præpositio? A præponendo: quoni-
am præponitur aliis partibus in sermone.

Quot modis præponitur in sermone Præpositio?
Duobus: Per appositionem & compositionem.
Per appositionem quando? Quando non est una pars
Orationis cum apposita dictione, ut: Penes me si-
tum est. Quando per compositionem? Quando
cum addita dictione est una pars, ut: Iniquus. Un-
de Præpositiones dignoscuntur? Ex Donati enu-
meratione fidei: quia certò numero comprehendantur.

Præpositioni quot accidunt? Unum.
Quid? Casus tantum. Quot Casus? Duo:
Qui? Accusativus & Ablativus.

Da Præpositiones casus Accusativi! Ad, apud,
ante,

ante, adversum, cis, citra, circum, circa, contra,
erga, extra, inter, intra, infra, juxta, ob, pone, per,
prope, propter, secundum, post, trans, ultra, præ-
ter, supra, circiter, usque, secus, penes.

Quomodo? Dicimus enim: ad patrem, apud vil-
lam, ante ædes, adversum inimicos, cis Rhenum,
circa forum, circum vicinos, citra templum, con-
tra hostes, erga propinquos, extra terminos, inter
naves, intra mœnia, infra tectum, juxta macellum,
ob augurium, pone tribunal, per parietem, prope
fenestram, propter disciplinam, secundum fores,
pōit tergum, trans ripam, ultra fines, præter offi-
cium, supra cœlum, circiter annos, usque Ocea-
num, secus viam, penes arbitros.

Da Præpositiones casus Ablativi! ut: A, ab, abs,
cum, coram, clam, de, è, ex, pro, præ, palam, sine,
absque, tenus.

Quomodo? Dicimus enim: A domo, ab homine,
abs quolibet, cum exercitu, coram testibus, clam
custodibus, de foro, è jure, ex præfectura, pro clien-
tibus, præ timore, palam omnibus, sine labore, abs-
que injuriis, tenus pube, dicimus pube tenus.

Da Præpositiones utriusque casus! ut: In sub,
super, & subter. Addit *Linacer*, lib. 5. clam, ut:
clam nos, clam viro. Et tenus cum Ablativo, ut:
pectoribus tenus. Cum Genitivo tantum plurali,
ut: crurum tenus, hostium tenus.

Quando serviunt Accusativo casui? Quando nos,
vel quoslibet, ad locum ire, iſſe, vel ituros esse signi-
ficamus. Quando serviunt Ablativo casui? quan-
do nos, vel quoslibet, in loco esse, vel fuisse, vel fu-
turos esse significamus. In, Accusativi casus, ut:
Itur in antiquam silvam. Sub, Accusativi casus, ut:
Penesq; sub ipsos mittuntur gradibus. Sub, Ab-
lativ

tivi casus, ut: Arma sub adverso posuit radiantia quercu. Super, quam vim habet? Ubi locum significat, magis Accusativo, quam Ablativo casui servit. Ubi verò mentionem alicujus rei facimus, Ablativo tantum, ut: Multa super Priamo rogans, super Hectore multa; hoc est: de Priamo, & de Hectore. In, quam vim habet? Etiam tunc Accusativo casui servit, cum significat contrà, ut: In adulterum, & in desertorem. Subter, quam vim habet? Eandem, quam & superiores ad locum & in loco significantes.

Quot Præpositiones sunt, quæ à dictionibus separari non possunt? Sex, ut: Di, dis, re, se, an, con. Quomodo? Dicimus enim: diduco, distraho, recipio, secubo, amplector, congregior. Quæ sunt, quæ conjungi non possunt? Apud, & penes. Quæ conjunguntur & separantur? Reliquæ penè omnes.

Ad, cujus casus? Accusativi: quia Accusativo deservit. Quot sunt Præpositiones quæ tantum cum Accusativo construuntur? Sunt triginta: Ad, apud, &c. A cujus casus? Ablativi: quia Ablativo casui deservit. Quot sunt Præpositiones quæ cum Ablativo componuntur? Quindecim, ut: à ab, &c. In, cujus casus? Utriusque: quia utrique deservit, Accusativo & Ablativo. Quot sunt Præpositiones, quæ nunc Accusativo, nunc Ablativo jungi possunt? quatuor: In, sub, super, & subter. Con, qualis Præpositio? Inseparabilis. Quot sunt Præpositiones inseparabiles? Sex: quæ? di, dis, re, se, an, con. Quare dicuntur Inseparabiles? quia extra compositionem nihil significant.

DE INTERJECTIONE.

Interjectio quid est? Pars Orationis significans

ficans mentis affectum, voce incognita.

Interjectio quare ultimò locò posita est? quia nihil exprimit; nisi affectus animi, qui rarò interponuntur.

Unde dicitur Interjectio? Ab interjiciendo: quia interjicitur aliis partibus in Oratione, quibus in varias partes distributis, vox interjecta profertur.

Interjectioni quot accidunt? Unum, Quod? Significatio.

Significatio Interjectionum quid est? Quæ aut lætitiæ mentis significamus, ut: Evæ! Aut dolorem, ut: Heu! Aut admirationem, ut: Papæ! Aut metum, ut: Atat, aut si quæ sunt similia.

Quid est Significatio? Est proprietas significans affectum mentis. Quot sunt Significationes? Tot ferè, quot affectus. Da aliquot! Gaudentis, Ridentis, Admirantis, Indignantis, Dolentis, Metuentis. Da Gaudentis! ut: Evæ, evax, jo, euge, vah, ô! quia gaudium significant. Da Ridentis! ut: Ha, ha he! quia risum significant. Da Admirantis! ut: Papæ, hem! quia admirationem significant. Da Indignantis! ut: Hem! quia indignationem significant. Da Dolentis! ut: proh, ah, heu, ve, ô, hoi, hei! quia dolorem significant. Silentium injungentis! ut: atat! Quæ aliæ Orationis partes solent per Interjectionem proferri? Infandum, & malum, ut: Navibus (infandum!) amissis unius ob iram: Virgilius. Quid hoc (malum!) infelicitatis est? Terentius. Et est dictum anxii animi & perturbati nimis.

Interrogationes de Verborum formatione.

Amans unde formatur? Ab amo, mutato o in ans.

ans. Quot Tempora formantur à præsenti Indicativi? Quæcunque non formantur à Præterito perfecto Indicativi. Quot Tempora formantur à Præterito perfecto Indicativi? Quinque, quæ finiunt *ram, sem, rim, ro, se*. Unde formatur Præteritum plusquamperfectum Indicativi *ram*? A prima persona Præteriti perfecti, *i* in *o* converso, & addito *ram*, fit *amaveram*. Unde formatur Præteritum perfectum Optativi Modi in *sem*? A Præterito perfecto Indicativi, addito *f* & *sem*, fit *amavisset*. Unde formatur Præteritum perfectum Coniunctivi Modi in *rim*? A prima persona Præteriti Indicativi, *i* in *e* converso, & addito *rim*, fit *amaverim*. Unde formatur Futurum Coniunctivi Modi in *ro*? A prima persona Præteriti Indicativi Modi *i* in *e* converso, & addito *ro*, fit *amavero*. Unde formatur Præteritum perfectum Infinitivi in *se*? A Perfecto Indicativi, addito *f* & *se*, fit *amavisse*.

Dic § Præteritū primi de se dat tempora quinque: obiter: Rā, sem, rim, ro, se, formabit cetera Præsens.

Unde formatur Supinum? A Præterito perfecto formatur Supinum. Unde formantur Gerundia? A Genitivo Participiorum in *ns, tis* in *di, do, dum*, converso.

EXEMPLA CONJUGATIONUM sequuntur.

Conjuga Verbum Activum Amo!

AMO, Verbum Activum, in Indicativo Modo dictum, Temporis Præsentis, Numeri Singularis, Figuræ Simplicis, Personæ primæ, Coniugationis primæ; quod conjugabitur sic: Amo, amas, amat. Et Pluraliter: Amamus, amatis, amant

mant. Præteritū imperfectū: Amābam, amabas, amabat. Et Pluraliter: Amabamus, amabatis, amabant. Præteritū perfectū: Amavi, amavisti, amavit. Et Pluraliter: Amavimus, amavistis, amaverunt vel amavere: (per Syncopen, amāsti, vel amāstis.) Præteritū plusquamperfectū: Amaveram, amaveras, amaverat. Et Pluraliter: Amaveramus, amaveratis, amaverant: (per Concisionem, amāram, amāras, amārat.) Futurū: Amabo, amabis, amabit, Et Pluraliter: Amabimus, amabitis, amabunt.

[Huic Futuro imperfecto, (ut vocant:) addunt etiam Grammatici Futurum perfectum, seu exactum (ut Linacer appellat:) Amavero, amaveris, amaverit. Et Pluraliter: Amaverimus, amaveritis, amaverint.]

Imperativū Modū Tempore præsenti, secundam & tertiam Personam: Ama, amet. Et Pluraliter: Amemus, amate, ament. Futurū: Amato tu, amato ille. Et Pluraliter: Amemus, amatote, amanto vel amantote. Optativū Modū Tempore præsenti, & præteritū imperfectū: Utinam amarem, amares, amaret. Et Pluraliter: Utinam amaremus, amaretis, amarent. Præteritū perfectū & plusquamperfectū: Utinam amavisset, amavisses, amavisset. Et Pluraliter: Utinam amavisset, amavissetis, amavissent: (Per Syncopen: Amāisset, amāisses, amāisset) Futurū: Utinam amem, ames, amet. Et Pluraliter: Utinam amemus, ametis, ament. Coniunctivū Modū Tempore præsenti: Cum amem, ames, amet. Et Pluraliter: Cum amemus, ametis, ament. Præteritū imperfectū: Cum amarem, amares, amaret. Et Pluraliter: Cum amaremus, amaretis, amarent. Præteritū perfectū: Cum amaverim, amaveris, amaverit.

rit. *Et Plur:* Cum amaverimus, amaveritis, amaverint. (*Per Concisionem:* Amārim, amāris, amārit.) *Præteritū plusquamperfectū:* Cum amavissē, amavisset. *Et Plur:* Cum amavissēmus, amavissetis, amavissent. (*Per Syncopen:* Cum amāssē, amāssēs, amāssēt. *Et Plur:* Cum amāssēmus, amāssētis, amāssēt.) *Futurū:* Cum amavero, amaveris, amaverit. *Et Plural:* Cum amaverimus, amaveritis, amaverint. (*Per Syncopen:* Amāro, amāris, amārit: &c.) *Infinitivū Modū, sine numeris & personis, Tempore præsentī & præteritū imperfectū:* Amare. *Præteritū perfectū & plusquamperfectū:* Amavisse: (*vel amāsse, Per Syncopen*) *Futurū, amatum ire, vel amaturum esse.*

[*Tantum Fore, à Forem defectivo, Futurum proprium habet in Infinitivo, teste Linacro. Alia Verba, circumloquuntur Infinitivum Futurum, per Participium proprium, & Verbum esse, ut: amaturum esse.*]

Verbo impersonali, *Indicativū Modū, Tempore Præsentī:* Amatur. *Præteritū perfectū:* Amatum est vel fuit. *Præteritū plusquamperfectū:* Amatum erat vel fuerat. *Futurū:* Amabitur. *Imperativū Modū, Tempore Præsentī:* Ametur. *Futurū:* Amator. *Optativū Modo, Tempore Præsentī: & Præteritū imperfectū:* Utinam ametur. *Præteritū perfectū, & plusquamperfectū:* Utinam amatum esset vel fuisset. *Futurū:* Utinam ametur. *Conjunctivū Modū, Tempore Præsentī:* Cum ametur. *Præteritū imperfectū:* Cum amaretur. *Præteritū perfectū:* Cum amatum sit vel fuerit. *Præteritū plusquamperfectū:* Cum amatum esset vel fuisset. *Futurū:* Cum amatum erit vel fuerit. *Infinitivū Modū, sine Numeris & Personis, Tempore Præsentī & Præteritū imperfectū:*

Modū: Amari. *Præteritū perfectū & plusquamperfectū:* Amatum esse vel fuisse. *Futurū:* Amatum iri. *Gerundia vel Participialia Verba sunt hæc:* Amandi, amando, amandum. *Supina:* Amatum, amatu. *Duo Participia trahuntur ab hoc Verbo Activo, Præsens, ut:* Amans. *Futurum, ut:* Amaturus.

[*Quare Donatus vocat Gerundia Participialia Verba? Quia sunt voces à Verbis deductæ, Participiis per omnia similes; nec tamen Participia sunt. Quare non sunt Participia? Quia Participia significant Tempus, sine administratione rei, ut: Cruciat me lectionis sollicitudo dicendæ: id est: quam dicturus sum. Gerundia verò significant administrationem rei, sine Tempore, ut: Tenet me cura Scholæ regendæ; id est, quam regere debeo. Lege Valiam, lib. 1. cap. 27.*]

Da formam conjugandi Verba Passiva, Deponentia, & Communia, Prima Conjugationis!

Amor, amaris vel amare, amatur. *Et Pluraliter:* Amamur, amamini, amantur. *Præteritū imperfectū:* Amabar, amabaris, vel amabare, amabatur. *Et Plur:* Amabamur, amabamini, amabantur. *Præteritū perfectū:* Amatus sum vel fui, es vel fuisti, est vel fuit. *Et Plur:* Amati sumus vel fuimus, estis vel fuistis, sunt fuerunt vel fuere.

[*Verborum quæ in r desinunt, Linacer duplex esse Præteritum ait. Alterum, quò proximè Præteritum aliquid significatur, ut: Præteritus sum, si modò præteritus sis. Alterum, quò alterius Præteritum, ut: Præteritus fui.*]

Præteritū plusquamperfectū: Amatus eram vel fueram, eras vel fueras, erat vel fuerat. *Et Pluraliter:* Amati

Amati eramus *vel* fueramus, eratis *vel* fueratis, erant *vel* fuerant. *Futurô*: Amabor, amaberis, *vel* amabere, amabitur. *Et Plur*: Amabimur, amabimini, amabuntur.

[*Et Futurum perfectum, secundum Linacrum, & Nebrissensem*: Amatus, ero *vel* tuero, amatus eris *vel* fueris, amatus erit *vel* fuerit. *Et Pluraliter*: Amati erimus *vel* fuerimus, amati eritis *vel* fueritis, amati erint *vel* fuerint.]

Imperativô Modô, Tempore præsenti, ad secundâ & tertiam Personam: Ama, ametur. *Et Plurali*: Amemur, amemini, amentur. *Futurô*: Amator tu, amator ille. *Et Pluralit*: Amemur, amaminor, amator. *Optativô Modô, Tempore præsenti, & Præteritô imperfectô*: Utinam amarer, amareris *vel* amarere, amaretur. *Et Plural*: Utinam amaremur, amaremini, amarentur. *Præteritô perfectô & plusquamperfectô*: Utinam amatus essem *vel* fuissem, esses *vel* fuisses, esset *vel* fuisset. *Et Plural*: Utinam amati essemus *vel* fuissemus, essetis *vel* fuissetis, essent *vel* fuissent. *Futurô*: Utinam amer, ameris *vel* amere, ametur. *Et pluraliter*: Utinam amemur, amemini, amentur. *Coniunctivô Modô, Tempore præsenti*: Cum amer, ameris *vel* amere, ametur. *Et pluraliter*: Cum amemur, amemini, amentur. *Præteritô imperfectô*: Cum amarer, amareris *vel* amarere, amaretur. *Et pluraliter*: Cum amaremur, amaremini, amarentur. *Præteritô perfectô*: Cum amatus sim *vel* fuerim, sis *vel* fueris sit *vel* fuerit. *Et Pluraliter*: Cum amati simus *vel* fuerimus, sitis *vel* fueritis, sint *vel* fuerint. *Præteritô plusquamperfectô*: Cum amatus essem, *vel* fuissem, esses *vel* fuisses, esset *vel* fuisset. *Et Plural*: Cum amati essemus *vel* fuissemus, essetis *vel* fuissetis, essent *vel* fuissent.

fuissetis, essent *vel* fuissent. *Futurô*: Cum amatus ero *vel* fuero, eris *vel* fueris, erit *vel* fuerit. *Et Plural*: Cum amati erimus *vel* fuerimus, eritis *vel* fueritis, erint *vel* fuerint. *Infinitivô Modô, sine Numeris & Personis, Tempore præsenti & præteritô imperfectô*: Amari. *Præteritô perfectô & plusquamperfectô*: Amatû esse *vel* fuisse. *Futurô*: Amatû iri.

[*Futurum Passivæ vocis, Linacer constituit periphrasticè ex Futuro Participii Passivo, & verbo esse, ut: Amandum esse.*]

Duo Participia trahuntur ex hoc Verbo Passivo: *Præteritum*, ut: Amatus. *Futurum*, ut: Amandus.

Conjuga Verbum Activum Secundæ

Conjugationis!

DOCEO, Verbum Activum, in Indicativo Modo dictum, Temporis præsentis, Numeri singularis, Figuræ Simplicis, Personæ primæ, Conjugationis secundæ: quod conjugabitur sic: Doceo, doces, docet. *Et Plur*: Docemus, docetis, docent. *Præteritô imperfectô*: Docebam, docebas, docebat. *Et Plur*: Docebamur, docebatis, docebant. *Præteritô perfectô*: Docui, docuisti, docuit. *Et Plur*: Docuimus, docuistis, docuerunt *vel* docuere. *Præteritô plusquamperfectô*: Docueram, docueras, docuerat. *Et Plur*: Docueramus, docueratis, docuerant. *Futurô*: Docebo, docebis, docebit. *Et Plur*: Docēbimus, docebitis, docebunt.

[*Futurô perfectô*: Docuero, docueris, docuerit. *Et Plur*: Docuerimus, docueritis, docuerint.]

Imperativô Modô, Tempore præsenti, ad secundam & tertiam personam: Doce, doceat. *Et Plur*: Docēamus, docete, doceant. *Futurô*: Doceto tu, doceto ille. *Et Plur*: Docēamus, docetore, docento *vel* docentote. *Optativô Modô, Tempore præsenti & præter-*

Præteritū imperfectū: Utinam docerem, doceres, doceret. *Et Plur.* Utinam doceremus, doceretis, docerent. *Præteritū perfectū & plusquamperfectū*: Utinam docuissem, docuisses, docuisset. *Et Plur.* Utinam docuissemus, docuissetis, docuissent. *Futurū*: Utinam doceam, doceas, doceat. *Et Plur.* Utinam doceamus, doceatis, doceant. *Coniunctivū Modū, Tempore præsentī*: Cum doceam, doceas, doceat. *Et Plural*: Cum doceamus, doceatis, doceant.

[*Subiunctivus significatum Indicativi maximè representat, teste Linacro, lib. 1.*]

Præteritū imperfectū: Cum docerem, doceres, doceret. *Et Plural*: Cum doceremus, doceretis, docerent. *Præteritū perfectū*: Cum docuerim, docueris, docuerit. *Et Plural*: Cum docuerimus, docueritis, docuerint. *Præteritū plusquamperfectū*: Cum docuissem, docuisses, docuisset. *Et Pluraliter*: Cum docuissemus, docuissetis, docuissent. *Futurū*: Cum docuero, docueris, docuerit. *Et Pluraliter*: Cum docuerimus, docueritis, docuerint. *Infinitivū Modū, sine Numeris & Personis, Tempore præsentī & præteritū imperfectū*: Docere. *Præteritū perfectū & plusquamperfectū*: Docuisse. *Futurū*: Doctum ire vel docturum esse.

Verbū impersonali, in Indicativo modo, Tempore præsentī: Docetur. *Præteritū imperfectū*: Docebatur. *Præteritū perfectū*: Doctum est vel fuit. *Præteritū plusquamperfectū*: Doctum erat vel fuerat. *Futurū*: Docebitur. *Imperativū Modū, Tempore præsentī*: Docetur. *Futurū*: Docetor. *Optativū Modū, Tempore præsentī & præteritū imperfectū*: Utinam doceretur. *Præteritū perfectū & plusquamperfectū*: Utinam doctum esset vel fuisset. *Futurū*: Utinam doce

doceretur. *Coniunctivū Modū, Tempore præsentī*: Cum doceatur. *Præteritū imperfectū*: Cum doceretur. *Præteritū perfectū*: Cum doctum sit vel fuerit. *Præteritū plusquamperfectū*: Cum doctum esset vel fuisset. *Futurū*: Cum doctum erit vel fuerit. *Infinitivū Modū, sine Numeris & Personis, Tempore præsentī*: Doceri. *Præteritū perfectū & plusquamperfectū*: Doctum esse vel fuisse. *Futurū*: Doctum iri. *Gerundia & Participialia Verba sunt hæc*. Docendi, docendo, docendum. *Supina*: Doctum, doctu. Duo Participia trahuntur ab hoc Verbo Activo, *Præsens*, ut: Docens. *Futurum*, ut: Docturus.

[*Quomodo exponuntur Gerundia & Supina? Extra seriem Orationis per se nihil significant.*]

Conjuga Verbum Passivum Secundæ Conjugationis!

DOceor, doceris vel docere, docetur. *Et Pluraliter*: Docemur, docemini, docentur.

[*Passivum transpositum, Personis interpretari retrò Activa voce possis sic*: Docemur à Præceptore: Præceptor docet nos. Doceor, docet me, &c. *Linac: lib. 1.*]

Præteritū imperfectū: Docebar, docebaris vel docebare, docebatur. *Et pluraliter*: Docebamur, docebamini, docebantur. *Præteritū perfectū*: Doctus sum vel fui, es vel fuisti, est vel fuit. *Et Pluraliter*: Docti sumus vel fuimus, estis vel fuistis, sunt fuerunt vel fuere. *Præteritū plusquamperfectū*: Doctus eram vel fueram, eras vel fueras, erat vel fuerat. *Et Plural*: Docti eramus vel fueramus, eratis vel fueratis, erant vel fuerant. *Futurū*: Docebor,

cebor, doceberis *vel* docebere, docebitur. *Et Pluraliter*: Docebimur, docebimini, docebuntur.

[*Futurō perfectō*: Doctus ero *vel* fuero, doctus eris *vel* fueris, doctus erit *vel* fuerit. *Et Pluraliter*: docti erimus *vel* fuerimus, docti eritis *vel* fueritis, docti erint *vel* fuerint]

Imperativō Modō, Tempore præsenti, ad secundā & tertiam Personam: Docere, doceatur. *Et Pluraliter*: Doceamur, doceamini, doceantur. *Futurō*: Docetor tu, docetor ille. *Et Pluraliter*: Doceamur, doceamini, doceantur. *Optativō Modō, Tempore præsenti, & Præteritō imperfectō*: Utinam docerer, docereris *vel* docerere, doceretur. *Et Pluraliter*: Utinam doceremur, doceremini, docerentur. *Præteritō perfectō & plusquamperfectō*: Utinam doctus essem *vel* fuisset, esses *vel* fuisses, esset *vel* fuisset. *Et Plur*: Utinam docti essemus *vel* fuissetis, essemus *vel* fuissetis, essent *vel* fuissent. *Futurō*: Utinam docear, docearis *vel* doceare, doceatur. *Et Pluraliter*: Utinam doceamur, doceamini, doceantur. *Coniunctivō Modō Tempore præsenti*: Cum docear, docearis *vel* doceare, doceatur. *Et Pluraliter*: Cum doceamur, doceamini, doceantur. *Præteritō imperfectō*: Cum docerer, docereris *vel* docerere, doceretur. *Et Pluraliter*: Cum doceremur, doceremini, docerentur. *Præteritō perfectō*: Cum doctus sim *vel* fuerim, sis *vel* fueris, sit *vel* fuerit. *Et Pluraliter*: Cum docti simus *vel* fuerimus, sitis *vel* fueritis, sint *vel* fuerint. *Præteritō plusquamperfectō*: Cum doctus essem *vel* fuisset, esses *vel* fuisses, esset *vel* fuisset. *Et Pluraliter*: Cum docti essemus *vel* fuissetis, essemus *vel* fuissetis, essent *vel* fuissent. *Futurō*: Cum doctus ero *vel* fuero, eris *vel* fueris, erit *vel* fuerit. *Et pluraliter*: Cum docti erimus *vel* fuerimus, eritis *vel* fueritis, erint *vel* fuerint.

fuerimus, eritis *vel* fueritis, erint *vel* fuerint. *Infinitivō Modō, sine Numeris & Personis, Tempore præsenti & præteritō imperfectō*: Doceri. *Præteritō perfectō & plusquamperfectō*: Doctum esse *vel* fuisse. *Futurō*: Doctum iri. Duo Participia trahuntur ab hoc Verbo Passivo: *Præteritum*, ut: Doctus. *Futurum*, ut: Docendus.

Da formam conjugandi Verba Tertiæ Conjugationis!

LEgo Verbum Activum, in Indicativo Modo dictum, Temporis præsentis, Numeri singularis, Figuræ simplicis, Personæ primæ, Coniugationis tertiæ, quod conjugabitur sic: Lego, legis, legit. *Et Pluraliter*: Legimus, legitis, legunt. *Præteritō imperfectō*: Legebam, legebatis, legebant. *Et Pluraliter*: Legebamus, legebatis, legebant. *Præteritō perfectō*: Legi, legisti, legit. *Et pluraliter*: Legimus, legistis, legerunt *vel* legere, (Apud Terentium: Dixti, pro dixisti: extinxti, amasti.) *Præteritō plusquamperfectō*: Legeram, legeras, legerat. *Et Pluraliter*: Legeramus, legeratis, legerant. *Futurō*: Legam, leges, leget. *Et Pluraliter*: Legemus, legetis, legent.

[*Futurō perfectō*: Legero, legeris, legerit. *Et Pluraliter*: Legerimus, legeritis, legerint]

Imperativō Modō Tempore præsenti, ad secundam & tertiam Personam: Lege, legat. *Et Pluraliter*: Legamus, legite, legant. (Dic, duc, fac, & fer, per Apocopen proferuntur.) *Futurō*: Legito tu, legito ille. *Et Pluraliter*: Legamus, legitote, legunto *vel* leguntote. *Optativō Modō Tempore præsenti, & præteritō imperfectō*: Utinam legerem, legeres, legeret. *Et Pluraliter*: Utinam legeremus, legeretis,

retis, legerent. *Præteritô perfectô & plusquamperfectô*: Utinam legissem, legisset, legisset. *Et Pluraliter*: Utinam legissemus, legissetis, legissent. *Futurô*: Utinam legam, legas, legat. *Et Pluraliter*: Utinam legamus, legatis, legant. *Coniunctivô Modô* *Tempore præsentis*: Cum legam, legas, legat. *Et Pluraliter*: Cum legamus, legatis, legant. *Præteritô imperfectô*: Cum legerem, legeres, legeret. *Et Pluraliter*: Cum legeremus, legeretis, legerent. *Præteritô perfectô*: Cum legerim, legeris, legerit. *Et Pluraliter*: Cum legerimus, legeritis, legerint. *Præteritô plusquamperfectô*: Cum legissem, legisset, legisset. *Et Pluraliter*: Cum legissemus, legissetis, legissent. *Futurô*: Cum legero, legeris, legerit. *Et Pluraliter*: Cum legerimus, legeritis, legerint. *Infinitivô Modô, sine Numeris & Personis, Tempore præsentis, & præteritô imperfectô*: Legere. *Præteritô perfectô & plusquamperfectô*: Legisse. *Futurô*: Lectum ire vel lecturum esse.

Verbo Impersonali, *Indicativô Modô, Tempore præsentis*: Legitur. *Præteritô imperfectô*: Legebatur. *Præteritô perfectô*: Lectum est vel fuit. *Præteritô plusquamperfectô*: Lectum erat vel fuerat. *Futurô*: Legetur.

[*Futurô perfectô*: Lectum erit.]

Imperativô Modô, Tempore præsentis: Legatur. *Futurô*: Legitor. *Optativô Modô, Tempore præsentis, & præteritô imperfectô*: Utinam legeretur. *Præteritô perfectô & plusquamperfectô*: Utinam lectum esset vel fuisset. *Futurô*: Utinam legatur. *Coniunctivô Modô, Tempore præsentis*: Cum legatur. *Præteritô imperfectô*: Cum legeretur. *Præteritô perfectô*: Cum lectum sit vel fuerit. *Præteritô plusquamperfectô*: Cum lectum esset vel fuisset. *Futurô*: Cum

Cum lectum erit vel fuerit. *Infinitivô Modô, sine Numeris & Personis, Tempore præsentis, & præteritô imperfectô*: Legi. *Præteritô perfectô & plusquamperfectô*: Lectum esse vel fuisset. *Futurô*: Lectum iri. *Gerundia vel Participialia Verba sunt hæc*: Legendi, legendo, legendum. Duo Participia trahuntur ab hoc Verbo Activo, *Præsens*, ut: Legens. *Futurum*, ut: Lecturus.

Sequitur Conjugatio Verbi Passivi, Legor.

Legor, legeris vel legere, legitur. *Et Pluraliter*: Legimur, legimini, leguntur. *Præteritô imperfectô*: Legebar, legebaris vel legebare, legebatur. *Et Pluraliter*: Legebamur, legebamini, legebantur. *Præteritô perfectô*: Lectus sum vel fui, es vel fuisti, est vel fuit. *Et Pluraliter*: Lecti sumus vel fuimus, estis vel fuistis, sunt fuerunt vel fuere. *Præteritô plusquamperfectô*: Lectus eram vel fueram, eras vel fueras, erat vel fuerat. *Et Pluraliter*: Lecti eramus vel fueramus, eratis vel fueratis, erant vel fuerant. *Futurô*: Legar, legeris vel legere, legetur. *Et Plur.* Legemur, legemini, legentur.

[*Futurô exactô*: Lectus ero vel fuero, lectus eris vel fueris, lectus erit vel fuerit. *Et Pluraliter*: Lecti erimus vel fuerimus, lecti eritis vel fueritis, lecti erint vel fuerint.]

Imperativô Modô, Tempore præsentis, ad secundâ & tertiam Personam: Legere, legatur. *Et Pluraliter*: Legamur, legimini, legantur. *Futurô*: Legitor tu, legitor ille. *Et Pluraliter*: Legamur, legimur, leguntur. *Optativô Modô, Tempore præsentis & præteritô imperfectô*: Utinam legerer, legereris vel legerere, legeretur. *Et Pluraliter*: Utinam legeremur, legeremini, legerentur. *Præteritô perfectô*

hō & plusquamperfectō: Utinam lectus essem *vel* fuisset, esses *vel* fuisses, esset *vel* fuisset. *Et Plural*: Utinam lecti essemus *vel* fuisset, essetis *vel* fuissetis, essent *vel* fuissent. *Futurō*: Utinam legar, legaris *vel* legare, legatur. *Et Plura*: Utinam legamur, legamini, legantur. *Coniunctivō Modō, Tempore præsenti*: Cum legar, legaris *vel* legare, legatur. *Et Plural*. Cum legamur, legamini, legantur. *Præteritō imperfectō*: Cum legerer, legereris *vel* legerere, legeretur. *Et Plur.* Cum legeremur, legeremini, legerentur. *Præteritō perfectō*: Cum lectus sim *vel* fuerim, sis *vel* fueris, sit *vel* fuerit. *Et Pluralit.* Cum lecti simus *vel* fuerimus, sitis *vel* fueritis, sint *vel* fuerint. *Præteritō plusquamperfectō*: Cum lectus essem *vel* fuisset, esses *vel* fuisses, esset *vel* fuisset. *Et Plur.* Cum lecti essemus *vel* fuisset, essetis *vel* fuissetis, essent *vel* fuissent. *Futurō*: Cum lectus ero *vel* fuero, eris *vel* fueris, erit *vel* fuerit. *Et Plur.* Cum lecti erimus *vel* fuerimus, eritis *vel* fueritis, erint *vel* fuerint. *Infinitivō Modō, sine Numeris & Personis, Tempore præsenti & præteritō imperfectō*: Legi.

[Hic notanda est poetica Paragoge, quæ frequens est apud Terentium, & reliquos Comicos: cum à fine Passivi Infinitivi, præsentis Temporis, accidit littera r, ut: Inter bonos, benè agier oportet.]

Præteritō perfectō & plusquamperfectō: Lectum esse *vel* fuisse. *Futurō*: Lectum iri. Duo Participia trahuntur ab hoc Verbo Passivo; *Præteritum*, ut: Lectus. *Futurum*, ut: Legendus.

Conjuga Verbum Activ. Quartæ Conjugationis!

AUDIO, Verbum Activum, in Indicativo Modo dictum, Temporis præsentis, Numeri singularis,

Figuræ Simplicis, Personæ primæ, Conjugationis quartæ: quod conjugabitur sic: Audio, audis, audit. *Et Plur.* Audimus, auditis, audiunt. (*Sic*: Venimus, à venio, & invenio.) *Præteritō imperfectō*: Audiebam, audiebas, audiebat. *Et Plur.* Audiebamus, audiebatis, audiebant.

[Veteres hac sine e littera pronunciabant, dicentes Nutribam, scibam, insanibam: pro infaniebā, sciebam, nutriebam.]

Præteritō perfectō: Audivi, audivisti, audivit. *Et Plural*: Audivimus, audivistis, audiverunt *vel* audivēre.

[*Et* Audivi, audiisti *vel* audisti, audit, &c. *Per Syncopen*: Scii, sciisti *Per Syncrefin*: Scisti *A Venio dicis in Præteritō perfectō* veni, primā Personā: & venimus, primā plurali. *Sic dicis*: Inveni, adveni: invenimus, advenimus.]

Præteritō plusquamperfectō: Audiveram, audiveras, audiverat. *Et Plur.* Audiveramus, audiveratis, audiverant. (*Audieram, nutrieram, per Syncopen*) *Futurō*: Audiam, audies, audiet. *Et Pluralit.* Audiemus, audietis, audient.

[*Futurō exactō, Indicativi Modi*: Audivero, audiveris, audiverit. *Et Pluraliter*: Audiverimus, audiveritis, audiverint.]

Imperativō Modō, Tempore Præsenti: ad secundā & tertiam Personam: Audi, audiat. *Et Pluraliter*: Audiamus, audite, audiant. *Futurō*: Audito tu, audito ille. *Et Pluraliter*: Audiamus, auditote, audiunto *vel* audiuntote. *Optativō Modo, Tempore Præsenti: & Præteritō imperfectō*: Utinam audirem, audires, audiret. *Et Plural*: Utinam audiremus, audiretis, audirent. *Præteritō perfectō & plusquamperfectō*: Utinam audivissem, audivisses,

audivisset. *Et Pluralit:* Utinam audivissemus, audivissetis, audivissent. (*Vel Audissem, audissem, audisset, per Syncopen.*) *Futurô:* Utinam audiam, audias, audiat. *Et Pluralit:* Utinam audiamus, audiatis, audiant. *Conjunctivô Modô, Tempore Præsenti:* Cum audiam, audias, audiat. *Et Pluraliter:* Cum audiamus, audiatis, audiant. *Præteritô imperfectô:* Cum audirem, audires, audiret. *Et Plura:* Cum audiremus, audiretis, audirent. *Præteritô perfectô:* Cum audiverim, audiveris, audiverit. *Et Pluralit:* Cum audiverimus, audiveritis, audiverint. (*Audierim, per Syncopen.*) *Præteritô plusquamperfectô:* Cum audivissem, audivisses, audivisset. *Et Pluralit:* Cum audivissemus, audivissetis, audivissent. (*Vel audissem, audissem, audisset.*) *Futurô:* Cum audivero, audiveris, audiverit. *Et Pluralit:* Cum audiverimus, audiveritis, audiverint. (*Vel audiero, per Syncopen.*)

[*Potentialis Modus iisdem vocibus & temporibus, quibus Subjunctivus, constat, significatione differt; Nam hic significationem Indicativi, altero Verbo Subjunctivo exhibet; ille, posse, debere, aut velle aliquid ostendit. Poterit sic conjugari Tempore præsenti: Audio, id est, possum, debeo, & volo audire; per omnes Personas, utrumque Numerum. Præteritô imperfectô: Audirem, id est, poteram, debebam vel deberem, volebam vel vellem audire. Præteritô perfectô: Audiverim, id est, possum vel debeo audivisse. Præteritô plusquamperfectô: Audivissem, id est, volueram, vel debueram audire. Exempla hujus Temporis, in potentie significatione, raro inveniri Linacer ait; quod periphrases ejus magis usurpentur, ut: Potuerat venire, potuisset dicere. Futurô: Audivero. Futurum hujus Orationis maxime*

mè videtur in incerto, ob societatem quandam cum Futuro exacto, & Præterito ejusdem Modi: cum quo, ut in voce, (præterquam in prima Persona) ita in significatione, ferè recurrit.]

Infinitivô Modô, sine Numeris & Personis, Tempore Præsenti & Præteritô imperfectô: Audire. Præteritô perfectô & plusquamperfectô: Audivisse. Futurô: Auditum ire vel auditurum esse.

Verbô Impersonali, Indicativô Modô, Tempore Præsenti: Auditur. Præteritô imperfectô: Audiebatur. Præteritô perfectô: Auditum est vel fuit. Præteritô plusquamperfectô: Auditum erat vel fuerat. Futurô: Audietur. (Futurô exactô: Auditum erit.)

Imperativô Modô, Tempore præsenti: Audiatur. Futurô: Auditor. Optativô Modô, Tempore præsenti & præteritô imperfectô: Utinam Audieret. Præteritô perfectô, & plusquamperfectô: Utinam auditum esset vel fuisset. Futurô: Utinam audiatur. Conjunctivô Modô, Tempore præsenti: Cum audiat. Præteritô imperfectô: Cum audiretur. Præteritô perfectô: Cum auditum sit vel fuerit. Præteritô plusquamperfectô: Cum auditum esset vel fuisset. Futurô: Cum auditum erit vel fuerit. Infinitivô Modô, sine Numeris & Personis, Tempore præsenti & præteritô imperfectô: audiri. Præteritô perfectô & plusquamperfectô. auditum esse vel fuisse. Futurô: auditum iri. Gerundia vel Participialia Verba sunt hæc: audiendi, audiendo, audiendum. Supina: auditum, auditu. Duo Participia trahuntur ab hoc Verbo Activo. Præsens, ut: audiens. Futurum, ut: auditorus.

Conjuga Verbum Passivum AUDIOR.

E 5

Audior,

AUDIOR, audiris *vel* audire, auditor. *Et Plural:* Audimur, audimini, audiuntur. *Præteritū imperfectō:* Audiebar, audiebaris *vel* audiebare, audiebatur. *Et Plural:* Audiebamur, audiebamini, audiebantur. *Præteritū perfectō:* Auditus sum *vel* fui, es *vel* fuisti, est *vel* fuit. *Et Plur.* Auditi sumus *vel* fuimus, estis *vel* fuistis, sunt fuerunt *vel* fuere. *Præteritū plusquamperfectō:* Auditus eram *vel* fueram, eras *vel* fueras, erat *vel* fuerat. *Et Plur.* Auditi eramus *vel* fueramus, eratis *vel* fueratis, erant *vel* fuerant. *Futurō:* Audiar, audieris *vel* audiere audietur. *Et Pluraliter:* Audiemur, audiemini, audientur.

[*Futurō perfectō:* Auditus ero *vel* fuero, auditus eris *vel* fueris, auditus erit *vel* fuerit. *Et Plur:* Auditi erimus *vel* fuerimus, auditi eritis *vel* fueritis, auditi erint *vel* fuerint.]

Imperativō Modō, Tempore præsentī, ad secundam & tertiam Personam: Audire, audiat. *Et Pluraliter:* Audiamur, audimini, audiantur. *Futurō:* Auditor tu, auditor ille. *Et Pluralit:* Audiamur, audiminor, audiuntor. *Optativō Modō, Tempore præsentī, & præteritū imperfectō:* Utinam audirer, audireris *vel* audirere, audiretur. *Et Plur:* Utinam audiremur, audiremini, audirentur. *Præteritū perfectō, & plusquamperfectō:* Utinam auditus essem *vel* fuissem, esses *vel* fuisses, esset *vel* fuisset. *Et Pluralit:* Utinam auditi essemus *vel* fuissemus, essetis *vel* fuissetis, essent *vel* fuissent. *Futurō:* Utinam audiar, audiaris *vel* audiare, audiat. *Et Pluralit:* Utinam audiamur, audiamini, audiantur. *Coniunctivō Modō, Tempore præsentī:* Cum audiar, audiaris *vel* audiare, audiat. *Et Pluraliter:* Cum audiamur, audiamini, audiantur. *Præteritū imperfe-*

imperfectō: Cum audirer, audireris *vel* audirere, audiretur. *Et Pluraliter:* Cum audiremur, audiremini, audirentur. *Præteritū perfectō:* Cum auditus sim *vel* fuerim, sis *vel* fueris, sit *vel* fuerit. *Et Plur:* Cum auditi simus *vel* fuerimus, sitis *vel* fueritis, sint *vel* fuerint. *Præteritū plusquamperfectō:* Cum auditus essem *vel* fuissem, esses *vel* fuisses, esset *vel* fuisset. *Et Pluralit:* Cum auditi essemus *vel* fuissemus, essetis *vel* fuissetis, essent *vel* fuissent. *Futurō:* Cum auditus ero *vel* fuero, eris *vel* fueris, erit *vel* fuerit. *Et Plural:* Cum auditi erimus *vel* fuerimus, eritis *vel* fueritis, erint *vel* fuerint. *Infinitivō Modō, sine Numeris & Personis, Tempore præsentī & præteritū imperfectō:* Audiri. *Præteritū perfectō & plusquamperfectō:* Auditum esse *vel* fuisse. *Futurō:* Auditum iri. Duo Participia trahuntur ab hoc Verbo Passivo, *Præteritum, ut:* Auditus. *Futurum, ut:* Audiendus.

Quid est Verborum Anomalorum Conjugatio?

FERO, Verbum Anomalum, in Indicativo Modo dictum, Temporis præsentis, Numeri Singularis, Figuræ simplicis, Personæ primæ, Conjugationis Inconsequentis; quod conjugabitur sic: Fero, fers, fert. *Et Pluralit:* Ferimus, fertis, ferunt. *Præteritū imperfectō:* Ferebam, ferebas, ferebat. *Et Pluraliter:* Ferebamus, ferebatis, ferebant. *Præteritū perfectō:* Tuli, tulisti, tulit. *Et Pluraliter:* Tulimus, tulistis, tulerunt *vel* tulere. *Præteritū plusquamperfectō:* Tuleram, tuleras, tulerat. *Et Plural:* Tuleramus, tuleratis, tulerant. *Futurō:* Feram, feres, feret. *Et Plural:* Feremus, fereris, ferent.

[*Futurō perfectō:* Tulero, tuleris, tulerit. *Et Plurali-*

I. 1623 9

Pluraliter: Tulerimus, tuleritis, tulerint.]

Imperativô Modô, Tempore præsenti, ad secundam & tertiam Personam: Fer, (vel feras,) ferat. *Et Pluraliter*: Feramus, feratis, ferant. *Futurô*: Fertô tu, fertô ille. *Et Pluralit*: Feramus, fertote, ferunto vel feruntote. *Optativô Modô, Tempore præsenti, & prateritô imperfectô*: Utinam ferrem, ferres, ferret. *Et Pluraliter*: Utinam ferremus, ferretis, ferrent. *Prateritô perfectô & plusquamperfectô*: Utinam tulissem, tulisses, tulisset. *Et Pluralit*: Utinam tulissemus, tulissetis, tulissent. *Futurô*: Utinam feram, feras, ferat. *Et Pluraliter*: Utinam feramus, feratis, ferant. *Conjunctivô Modô, Tempore præsenti*: Cum feram, feras, ferat. *Et Pluraliter*: Cum feramus, feratis, ferant. *Prateritô imperfectô*: Cum ferrem, ferres, ferret. *Et Pluralit*: Cum ferremus, ferretis, ferrent. *Prateritô perfectô*: Cum tulerim, tuleris, tulerit. *Et Pluralit*: Cum tulerimus, tuleritis, tulerint. *Prateritô plusquamperfectô*: Cum tulissem, tulisses, tulisset. *Et Pluralit*: Cum tulissemus, tulissetis, tulissent. *Futurô*: Cum tulero, tuleris, tulerit. *Et Pluraliter*: Cum tulerimus, tuleritis, tulerint. *Infinitivô Modô, sine Numeris & Personis, Tempore præsenti, & prateritô imperfectô*: Ferre. *Prateritô perfectô & plusquamperfectô*: Tulisse. *Futurô*: Latum ire vel laturum esse.

Verbô Imperfonali, in Indicativo Modo, Tempore præsenti: Fertur. *Prateritô imperfectô*: Ferebatur. *Prateritô perfectô*: Latum est vel fuit. *Prateritô plusquamperfectô*: Latum erat vel fuerat. *Futurô*: Feretur. *Imperativô Modô, Tempore præsenti*: Feratur. *Futurô*: Fertor. *Optativô Modô, Tempore præsenti, & prateritô imperfectô*: Utinam ferretur. *Prateritô perfectô & plusquamperfectô*: Utinam

Utinam latum esset vel fuisset. *Futurô*: Utinam feratur. *Conjunctivô Modô, Tempore præsenti*: Cum feratur. *Prateritô imperfectô*: Cum ferretur. *Prateritô perfectô*: Cû latû sit v. fuerit. *Prat. plusqu perf.* Cû latû elset vel fuisset. *Futurô*: Cum latum erit vel fuerit. *Infinitivô Modô, sine Numeris & Personis, Tempore præsenti, & prateritô imperfectô*: Ferri. *Prateritô perfectô & plusquamperfectô*: Latum esse vel fuisse. *Futurô*: Latum iri. *Gerundia vel Participalia Verba sunt hæc*: Ferendi, ferendo, ferendum. *Supina*: Latum, latu. *Duo Participia trahuntur ab hoc Verbo Activo. Præsens, ut*: Ferens. *Futurum, ut*: Laturus.

Conjuga Verbum Passivum FEROR.

FEROR, ferris vel ferre, fertur. *Et Pluraliter*: Ferimur, ferimini, feruntur. *Prateritô imperfectô*: Ferebar, ferebaris vel ferebare, ferebatur. *Et Pluraliter*: Ferebamur, ferebamini, ferebantur. *Prateritô perfectô*: Latus sum vel fui, es vel fuisti, est vel fuit. *Et Pluraliter*: Latus sumus vel fuimus, estis vel fuistis, sunt fuerunt vel fuere. *Prateritô plusquamperfectô*: Latus eram vel fueram, eras vel fueras, erat vel fuerat. *Et Pluraliter*: Lati eramus vel fueramus, eratis vel fueratis, erant vel fuerant. *Futurô*: Ferar, fereris vel ferere, feretur. *Et Pluraliter*: Feremur, feremini, ferentur.

[*Futurô perfectô*: Latus ero vel fuero, latus eris vel fueris, latus erit vel fuerit. *Et Pluraliter*: Lati erimus vel fuerimus, lati eritis vel fueritis, lati erint vel fuerint.]

Imperativô Modô, Tempore præsenti, ad secundam & tertiam Personam: Ferre, feratur. *Et Pluraliter*: Feramur, ferimini, ferantur. *Futurô*: Fer-

tor tu.

tor tu, fertor ille. *Et Pluraliter*: Feramur, ferimur, feruntor. *Optativò Modò, Tempore præsentì, & præteritò imperfectò*: Utinam ferrer, ferreris *vel* ferrere, ferretur. *Et Pluraliter*: Utinam ferremur, ferremini, ferrentur. *Præteritò perfectò & plusquàm perfectò*: Utinam latus essem *vel* fuisset, esses *vel* fuisses, esset *vel* fuisset. *Et Pluraliter*: Utinam lati essemus *vel* fuissetis, essetis *vel* fuissetis, essent *vel* fuissent. *Futurò*: Utinam ferar, feraris *vel* ferare, feratur. *Et Pluraliter*: Utinam feramur, feramini, ferantur. *Conjunctivò Modò, Tempore præsentì*: Cum ferar, feraris *vel* ferare, feratur. *Et Pluraliter*: Cum feramur, feramini, ferantur. *Præteritò imperfectò*: Cum ferrer, ferreris *vel* ferrere, ferretur. *Et Pluraliter*: Cum ferremur, ferremini, ferrentur. *Præteritò perfectò*: Cum latus sim *vel* fuerim, sis *vel* fueris, sit *vel* fuerit. *Et Pluraliter*: Cum lati simus *vel* fuerimus, sitis *vel* fueritis, sint *vel* fuerint. *Præteritò plusquamperfectò*: Cum latus essem *vel* fuisset, esses *vel* fuisses, esset *vel* fuisset. *Et Pluraliter*: Cum lati essemus *vel* fuissetis, essetis *vel* fuissetis, essent *vel* fuissent. *Futurò*: Cum latus ero *vel* fuero, eris *vel* fueris, erit *vel* fuerit. *Et Pluraliter*: Cum lati erimus *vel* fuerimus, eritis *vel* fueritis, erint *vel* fuerint. *Infinitivò Modò, sine Numeris & Personis, Tempore præsentì & præteritò imperfectò*: Ferri. *Præteritò perfectò & plusquamperfectò*: Latum esse *vel* fuisset. *Futurò*: Latū iri. Duo Participia trahuntur ab hoc Verbo Passivo. *Præteritum, ut*: Latus. *Futurum, ut*: Ferendus.

Da Conjugationem Verbi Substantivi SUM!

SUM, Verbum Anomalum & Substantivum, in
Indi-

Indicativo Modo dictum, Temporis præsentis, Numeri singularis, Figuræ simplicis, Personæ primæ, Conjugationis inconsequentis: quod conjugabitur sic: Sum, es, est. *Et Pluraliter*: Sumus, estis, sunt. *Præteritò imperfectò*: Eram, eras, erat. *Et Pluraliter*: Eramus, eratis, erant. *Præteritò perfectò*: Fui, fuisti, fuit. *Et Pluraliter*: Fuimus, fuistis, fuerunt *vel* fuere. *Præteritò plusquamperfectò*: Fueram, fueras, fuerat. *Et Pluraliter*: Fuera-
mus, fueratis, fuerant. *Futurò*: Ero, eris, erit. *Et Pluraliter*: Erimus, eritis, erunt.

[*Futurò perfectò*: Fuero, fueris, fuerit. *Et Pluraliter*: Fuerimus, fueritis, fuerint.]

Imperativò Modò, Tempore præsentì, ad secundā & tertiam Personā: Sim, sis, sit. *Et Pluraliter* Simus, sitis *vel* este, sint. *Futurò*: Esto tu, esto ille. *Et Pluraliter*: Simus, estote, sunt *vel* suntote. *Optativò Modò, Tempore præsentì, & præteritò imperfectò*: Utinam essem, esses, esset. *Et pluraliter*: Utinam essemus, essetis, essent. *Præteritò perfectò & plusquamperfectò*: Utinam fuisset, fuisses, fuisset. *Et pluraliter*: Utinam fuissetis, fuissetis, fuissent. *Futurò*: Utinam sim, sis, sit. *Et pluraliter*: Utinam simus, sitis, sint. *Conjunctivò Modò, Tempore præsentì*: Cum sim, sis, sit. *Et pluraliter*: Cum simus, sitis, sint. *Præteritò imperfectò*: Cum essem, esses, esset. *Et pluraliter*: Cum essemus, essetis, essent. *Præteritò perfectò*: Cum fuerim, fueris, fuerit. *Et pluraliter*: Cum fuerimus, fueritis, fuerint. *Præteritò plusquamperfectò*: Cum fuisset, fuisses, fuisset. *Et pluraliter*: Cum fuissetis, fuissetis, fuissent. *Futurò*: Cum fuero, fueris, fuerit. *Et pluraliter*: Cum fuerimus, fueritis, fuerint. *Infinitivò Modò, sine Numeris*

meris & Personis, Tempore praesenti & praeterito imperfecto: Else. Praeterito perfecto, & plusquamperfecto: Fuisse. Futuro caret.

[Sed secundum eruditiores habet fore vel futurum esse.]

Gerundia vel Participialia Verba sunt haec: Etfendi, essendo, essendum. Supinis caret. Unum Participium habet, quod est: Ens.

Conjuga Verbum Anomalum VOLO!

VOLO, Verbum Anomalum, in Indicativo modo dictum, Temporis praesentis, Numeri singularis, Figuræ simplicis, Personæ primæ, Conjugationis insequentis, quod conjugabitur sic: Volo, vis, vult. Et pluraliter: Volumus, vultis, volunt. Praeterito imperfecto: Volebam, volebas, volebat. Et pluraliter: Volebamus, volebatis, volebant. Praeterito perfecto: Volui, voluisti, voluit. Et Pluraliter: Volumus, voluistis, voluerunt vel voluere. Praeterito plusquamperfecto: Volueram, volueras, voluerat. Et Pluraliter: Volueramus, volueratis, voluerant. Futuro: Volam, voles, volet. Et pluraliter: Volemus, voletis, volent. Imperativo caret.

[At secundum Diomedem & Aldum, habet in Imperativo instantis: Fac velis. Et pluraliter: Velimus, velitis, velint. Futuro: Velito, velit. Et pluraliter: Velimus, velitote, velint.]

Futurum non habet. Optativo Modo, Tempore praesenti, & praeterito imperfecto: Utinam vellem, velles, vellet. Et pluraliter: Utinam vellemus, velletis, vellet. Praeterito perfecto & plusquamperfecto: Utinam voluissem, voluisses, voluisset. Et pluraliter: Utinam voluissemus, voluissetis, volu-

voluissent. Futuro: Utinam velim, velis, velit. Et pluraliter: Utinam velimus, velitis, velint. Coniunctivo Modo, Tempore praesenti: Cum velim, velis, velit. Et Plural. Cum velimus, velitis, velint. Praeterito imperfecto: Cum vellem, velles, vellet. Et Pural: Cum vellemus, velletis, vellet. Praeterito perfecto: Cum voluerim, volueris, voluerit. Et Pluraliter: Cum voluerimus, volueritis, voluerint. Praeterito plusquamperfecto: Cum voluissem, voluisses, voluisset. Et Pluraliter: Cum voluissemus, voluissetis, voluissent. Futuro: Cum voluero, volueris, voluerit. Et Pluraliter: Cum voluerimus, volueritis, voluerint. Infinitivo Modo, sine Numeris & Personis, Tempore praesenti & praeterito imperfecto: Velle. Praeterito perfecto & plusquamperfecto: Voluisse. Futuro caret. Gerundia vel Participialia Verba sunt haec: Volendi, volendo, volendum. Supinis caret. Unum Participium habet, quod est: Volens.

FINIS DONATI.

DE CONJUGATIONE VERBORUM IMPERSONALIVM.

Verbum Impersonale est, quod nec Numeros distinctos, nec Personas habet, & à fronte non exigit Nominativum Personæ vel rei. Impersonalia enim non tantum terminatione; sed etiam constructione dignoscuntur. Est autem inventum causâ ornatûs & varietatis, quod sermo latinus uberior &

F

copio-

copiosior redderetur. Sunt Impersonalium
duæ species; Activa & Passiva. Activa est,
quæ habet formam & vocem Activorum.
Passiva, quæ Passivorum figuram habet. Et
exponuntur per Personas Pronominum, ut:
Pudet me, te, illum: sine quibus nihil signifi-
cant. Impersonalia Activa, trinâ formâ ter-
minantur: in *at, et, it*. Passiva, in *tur*.

Activæ vocis Impersonalium certus est Nume-
rus; Passivæ verò vocis, fiunt ab omnibus Verbis
Activis & Neutris, ut: *Amatur, docetur, legitur, sta-
tur, bibitur, &c.*

In *at* finita, sunt Primæ Conjugationis.

Constat, constitit; Nyilván vagyon. *Juvat, juvit*.
Segit. Vacat, vacavit; üresége vagyon. *Restat*,
restitit; Hátra vagyon. *Præstat, præstitit*; Jobb.
Delectat, delectavit; Gyönyörködött.

In *et*, Secundæ Conjugationis.

Pœnitent, pœnituit; Meg-bánta. *Opportet, oppor-
tuit*; Szükség.

Mendacem oportet esse memorem.

Decet, decuit; Illik.

*Salust. Omnes homines summa ope niti decet; ne
vitam silentiò transigant, veluti pecora.*

Tædet, tæduit, pertasum est; Meg-úntam.

Nocet, nocuit; Árt.

Nam nulli tacuisse nocet; nocet esse locutum.

Liquet, sine præterito; Nyilván vagyon.

Displicet, displicuit; Nem tetszik.

Solet, solitum est; Szokott lenni.

Piget, piguit, & pigitum est; Restellem.

Nec pigitum est parvos lares, humilesque subire.

Pudet

Pudet, puduit, & puditum est; Szégyenlem.

Miseret, misertum est; Kétségbeesem.

Placet, placuit, placitum est; Tetszik.

Patet, patuit; Nyilván vagyon.

Licet, licuit, & licitum est; Szabad.

Libet, libuit, & libitum est; Tetszik.

Latet me; Én nem tudom.

In *it*, Tertiæ Conjugationis.

Incipit, incepit; El-kezdett.

Conducit, conduxit; Használ.

Desinit, desinit, & desit; Vége szakadt: meg-űnt.

Sufficit, suffecit; Elég vagyon.

Contingit, contigit; Történik.

Non cuivis hominum contingit adire Corinthum.

Confert, contulit; Használ.

Prodest, profuit; Használ.

Obest, obsuit; Árt.

Consit; Meg-lézen.

Accidit; Történik.

Cæpit, incipit; Kezdetik.

Malefit, malefactum est; Gonoszul lézen.

Benefit, benefactum est; Jól-lézen.

Refert, retulit; Használ.

Interest, interfuit; Jelen lézen.

Competit, competiit; Illik.

Potest, potuit; Lehet.

Desit; Híjja vagyon.

Est, ut: Prudentis est multa dissimulare. Adduntur.

Præterit me. Fugit me; Én nem tudom.

Hæc in *it*, sunt Quartæ Conjugationis,

in Præteriti mediâ correptâ, in Præ-
terito longâ.

Convenit, convenit; Illik.

*Evenit, evenit;**Expediit, expediit;*

Történik.

Háznál.

Passivæ vocis Impersonalia:

*Vivitur, turritur, servitur.**Legitur, dirigitur, consulitur.**Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.*

Conjugatur autem unâ solùm Personâ, quæ apparet tertiæ Personæ singularis, per singulos Modos & Tempora. Caret tamen Futurô, tam Imperativi, quàm Infinitivi: itemque Participiis utriusque Temporis, & Gerundiis, atque Supinis, quædam etiam deficiunt.

P A R A D I G M A.

Indicativô Modô, Tempore præsentî: Pœnitet. Præteritô imperfectô: Pœnitebat. Præteritô perfectô: Pœnituit. Præteritô plusquamperfectô: Pœnituerat. Futurô: Pœnitebit. Imperativô Modô, Tempore præsentî: Pœniteat. Optativô Modô, Tempore præsentî, & præteritô imperfectô: Utinam pœniteret. Præteritô perfectô & plusquamperfectô: Utinam pœnituisset. Futurô: Utinam pœniteat. Coniunctivô Modô, Tempore præsentî: Cum pœniteat. Præteritô imperfectô: Cum pœniteret. Præteritô perfectô: Cum pœnituerit. Præteritô plusquamperfectô: Cum pœnituisset. Futurô: Cum pœnituerit. Infinitivô Modô, Tempore præsentî, & præteritô imperfectô: Pœnitere. Præteritô perfectô & plusquamperfectô: Pœnituisse. Gerundia: Pœnitendi, pœnitendo, pœnitendum. Cæteris deficit. Pœnitens, apud Terentium, ut: Pœnitens facti.

Erasmus, in Paraph Luc. 18. Publicanus adeò pudens erat, pœnitensque sui.

Conjuga in utroque Numero!

Me

Me pœnitet, te pœnitet, illam pœnitet. *Et Pluraliter: Nos pœnitet, vos pœnitet, illos pœnitet. Et sic deinceps.*

Impersonalia Passiva:

Impersonalia Passivæ formæ, casus Passivorû adsciscunt, & in Activa voce commodè sic exponuntur: *A me pugnatur;* id est, *ego pugno.* *Legitur;* id est, *omnes legunt.* Et derivantur ab Activis & Neutris, à secunda Persona Indicativi, & literâ abjecta, & tur additâ. Conjugantur tamen in tertiis tantùm Personis singularibus. Præterita eorum recipiunt priora Supina suorum Verborum personalium, cum Verbo Substantivo *Est* vel *fuit*, ut: *Amatum est* vel *fuit.* Paradigmata extant in Donato. Interest tamen inter Infinitivum Passivi Personalis, & Impersonalis Passivi, Infinitivû Passivi personalis perfectû sensû ostendit, dum illi Verbû conjungitur, ut: *Amari volo.* Infinitivû autem impersonalis Passivi, appositô etiam Verbô, tantùm Ablativum agentem requirit, ut: *A me amari volo;* id est, *volo amare.* Et: *A me doceri volo,* id est: *volo docere.*

DE PARTICIPIALI VERBO.

Ex Linacro.

Quæ vocantur Participialia Verba? Participialia Verba vocantur, quæ alias Gerundia vel Supina dicta sunt, atque sic appellantur, eò quòd Participiis similia sunt, & ad differentiam Participialium Nominum. Atque idèd potius Participio, quàm Verbo annumeranda sunt; quòd Participiale Verbum, sicut Participium, capit à Nomine genera & casus: à Verbo, agendi vel patiendi, vel neutris significationem. Quæ sunt horum terminationes? Sunt quinque: *di*, ut, *amandi*; *do*, ut, *amanda*; *dum*,

*dum, ut, amandum : um, ut, amatum: u,
ut, amatu.*

DE PARTICIPIALI NOMINE.

Quid est Nomen Participiale? Participialia Nomina vocantur Participia ipsa, quoties à propria significatione (quia rem, seu significationem Verbi, cum certo Tempore, Casu, & Constructione significant;) sunt mutata, ut: *Fugitans lituū, appetens alieni, accidens, contingens, antecedens, consequens, oriens, occidens, pro ortu & occasu, profluens, pro flumine, continēs, consonans, circūspectus, consideratus, disertus, cautus, tortus, ignotus, argutus, falsus, contentus, tacitus, profusus, fluxus, scitus, id est, elegans, non taciturus, id est, non tacens, vel debens tacere, &c.* Alias quando suam significationem retinent, Participia manent.

FORMULA FACIENDÆ ORATIONIS.

1. Vocativus inchoat Syntaxin, si in Oratione fuerit. (Nominativi ponitur.
2. Deinde quære Nominativum, aut quod vice
3. Post Nominativum accedat Verbum personale.
4. Verbum sequatur obliquus casus.
5. Adverbium statim suum Verbum sequitur.
6. Item post Nominativum sequitur etiam Genitivus, & quævis dictio recta suum regentem.
7. Præpositiones cum suis casibus construuntur.
8. Infinitivus construitur cum Verbis voluntariis, vel cum adjectivis. (minativo.
9. Impersonalia inchoant constructionem, sine no-
10. Participium habet constructionem sui Verbi.
11. Interrogativum concordat cum Responsivo.
12. Conjunctio conjungit similes Casus & Modos.

REGU-

REGULÆ CONSTRUCTIONIS GENERALES.

DE NOMINE.

- I. Adjectivum & Substantivum conveniunt Genere, Numero, & Casu, ut:
Dealbatus paries. Mulier muta. Vivum cadaver.
- II. Neutra vox Adjectivi Genitivum multò elegantiùs exigit, ut: *Multū negotii dat homini egestas. Nil culpa commerui. Satis virium habeo. Plurimū patrimonii decoxit. Quid turbe inceptas.*
- III. Duo Substantiva Nomina, diversas res significantia ita conjunguntur, ut alterum sit Genitivi casus, ut:
Rumor populi ventō levior est. Timor Domini est initium sapientiæ. Clementia Principis laudatur.
- IV. Duo Substantiva, eandem rem significantia, conjunguntur in eodem casu, ut:
Aurum, vita corruptela effoditur. Pastor Corydon ardebat Alexin.
- V. Sæpe Adjectivum, aliud Substantivum subintellectum respicit, ut:
Dulce satis humor. Triste lupus stabulis. Fama malum. Varium & matabile semper Fœmina. Turpe senex miles, turpe senilis amor.
- VI. Interrogatio & Responsio eodem fiant casu, ut:
Quis pulsat fores? Petrus. Cujus est fundus? Vicini. Cui dedisti pecuniam? Paulo. Quem Authorem legis? Terentium. Quali usus es Præceptore? Literatō.
- VII. Dum per Verbum quæritur, Verbo est respondendum, ut:

F 4

Quid

- Quid agitur domi? Cœnatur, laboratur.
Curasti, quæ jusseram? Curavi.*
- VIII. Relativum, & quod ipsum præcedit, conveniunt Genere, Numero, & quandoque casu, ut:
*LECTIO, quæ non repetitur, facile transit.
Te amo, qui me defendisti.
Mibi nocet, qui te plurimum juvit.
Seculum, in quo vivimus, deterrimum est.*
- IX. Comparativus regit Ablativum utriusque Numeri, sine Præpositione, ut:
*Formosior albâ hederâ. Albô corvô rarior.
Homine nihil miserius.
Nihil perniciosius Parentum execratione. Plato.*
- X. Superlativus Genitivo tantum plurali, vel collectivum singulari construitur, ut:
*Tullius omnium eloquentissimus.
Scholasticus omnium vigilantissimus.
Aurum est omnium metallorum optimum.*
- XI. Partitiva, & quæ collectionem significant, genitivos plurales adsciscunt, ut:
*Neuter horum interfuit.
Uterque parentum colendus est.*
- XII. Quemcunque casum regit positivus, eundem regunt Comparativus & Superlativus ab ipso descendentes, ut:
*Tu mihi charus es. Nemo te mihi charior vivit.
Omnium mihi charissimus es.*
- XIII. Tam & quam, Positivis junguntur, sicut tantum & quantum, ut:
*Tam doctus, quam probus.
Tam elegans, quam eruditus.*
- XIV. Sæpè Substantivum exigit orationem Adjectivalem Genitivo casu, ut:
*Vir magnæ authoritatis. Adolescens bonæ indolis.
Scholasticus crassi ingenii.*
- XV. Adjectiva, quæ significant aliquid obtineri, desiderari, deesse, Genitivum exigunt, ut:
Plenus vini. Liberalis pecunia. Satur omnium rerum. Cupidus rerum novarum.
- XVI. Participia Nomina facta, Genitivum postulant, ut: *Amans filii. Appetens alieni.
Patiens operum juvenis.*
- XVII. Adjectiva culpæ seu accusandi, vel dampnandi, Genitivo junguntur, ut: *Reus furti.
Damnatus latrocinii. Accusatus sacrilegii.*
- XVIII. Verbalia in or, trix, trivus, & sivus, post se Genitivum regunt, ut: *Ruptor fœderis. Efficax boni. Adjutrix nostræ industria.*
- XIX. Adjectiva commodi & incommodi, similitudinis atque facultatis, Dativos adsciscunt, ut:
*Vir sapiens, Urbi commodus, Utilis Reipublicæ. Sermo viro sapienti congruus.
Proximus tibi. Gratus omnibus.*
- XX. Adjectiva, quæ certum magnitudinis modum significant, Accusativum exigunt ejus magnitudinis, ut: *Liber crassus tres digitos.*
- XXI. Adjectiva Nomina, Accusativum exigunt, per Synecdochen, ut:
Curvus pedem. Mæstus vultum. Venusta faciem.
- XXII. Adjectiva onerandi & exonerandi, dignus & indignus, cum Ablativo construuntur, ut:
Vacuis curis. Dignus honore, laude.
- XXIII. Multa Adjectiva regunt Ablativum, ut:
*Insignis formâ. Orbis parentibus.
Infirmus etate. Clarus ingenio.
Vinâ gravis. Potens armis.*
- XXIV. Adjectiva quædam exigunt Ablativum cum Præpositione à vel ab, ut:
Immunis à bello. A motu oculi.

Secundus ab Hercule. Vacuus à metu.

- XXV. Substantivum frequentissime exigit orationem Adjectivalem, casu Ablativo, significantem laudem vel vituperium, ut:

*Homo mirâ eloquentiâ.
Adolescens compositis moribus.
Vir magna auctoritate.*

- XXVI. Opus, frequentius cum Ablativo construitur, ut:

*Opus est huic tuò consiliò. Hic artibus opus erit.
Cui eam rem factam opus fuerat.*

- XXVII. Temporis Nomina efferuntur in Accusativo, cum durationem, seu continuum tempus significant; Ablativo verò, cum non significant durationem, ut:

*Surrexit nocte intempesta.
Natus decem annos.
Non plus triduum, aut triduo.
Media nocte clamor factus est.*

- XXVIII. Nominibus locorum, Regionum, & Provinciarum adduntur Præpositiones, sicut & appellativis, sive Verbo in loco, de loco, ad locum, ut:

*Fuit in domo tua. In Sicilia. Venio in Urbem.
Vado in Graciam. Ex Italia profectus sum.
Petrus in Italiam venit. Proficiscitur ex urbe.*

REGULÆ DE CONSTRUCTIONE VERBORUM.

- I. Verbum Personale exigit ante se Nominativum ejusdem Numeri & Personæ, ut:

*Qui diligit castigationem, prudens erit.
Dominus abominatur cor perversum.
Odium excitat contentiones.*

II. In

- II. In Verbis primæ & secundæ Personæ, certus intelligitur Nominativus, ut:

*Domus curam age. Tecum habita.
Oderis calumnias. Nosce teipsum.
Benemeritos honora. Coërce linguam.*

- III. Item in Verbis exemptæ actionis, & in Verbis, *ajunt, dicunt, ferunt*, dissimulatur aliquando Nominativus; aliquando exprimitur per emphasim aut discretionem, ut:

*Pluit, tonat, ningit,
Fulgurat, fulminat, diefcit.*

- IV. Aliquando tota oratio infinita vice Nominativi ponitur; aliquoties solus Infinitivus, aut dictio materialiter posita, ut:

*Virtus est vitium fugere.
Mentiri non est meum.
Legere & non intelligere, est negligere.*

- V. Duo vel plures Nominativi æquivalent plurali, ut: *Pulvis & umbra sumus.*

Joannes & Petrus disputant.

- VI. Vocativi secundæ Personæ, Imperativis præponuntur, ut:

*Domine, serva nos, perimus!
Noli timere pusille grex!*

- VII. Verba Substantiva, Vocativa, & consimilia; Item, Verba composita, cum Nominibus gestis, habent utrinque Nominativum, ut:

*Deus est justus. Ego vocor Paulus.
Didici hoc puer. Ignarus hoc feci.*

- VIII. Verba Infinitiva, cum Verbis Optandi, utrinque Nominativum habent, ut:

*Petrus studet videri dives.
Ego malo dives esse, quam haberi.*

- IX. Sum, quoties significat possessionem, aut ad aliquid

aliquid pertinere; Genitivum postulat, ut:
Hic liber est Præceptoris.

Prudentis est multa dissimulare.

X. Omne Verbum admittit Genitivum proprii Nominis significantis locum, in quo fit actio, ut: *Studes Vvitteberga. Natus est Noriberga. Natus Athenis. Sum Roma.*

XI Verba Æstimandi, Vendēdi, Accusandi, Damnādi, Absolvendi, Recordandi, Genitivis gaudent, ut:

Parvi ducitur probitas.

Arguo te rusticitatis. Non meminit promissi.

XII. Quodvis Verbum regere potest Dativum, præter *Juvo*, quod regit Accusativum, ut:

Medeor vulneri. Studeo Grammatica.

Assurgo seni. Juvo te.

Audaces fortuna juvat, timidosque repellit.

XIII. Verbum est, pro habeo, regit Dativum, aliquando geminos Dativos, ut:

Est mihi fistula. Suus est error cuique.

Rarò mihi sunt nummi. Hæc res est mihi honori.

XIV. Verba Transitiva cujuscunque Generis Accusativum exigunt significantē id, quod patitur, ut: *Amo Deum. Aro terram.*

Loquor verba: Osculor Matrem.

XV. Sunt quæ geminum admittunt Accusativum, ut: *Docuit me literas. Posco te pacem.*

XVI. Omnia Verba Activa acquisitivè posita, ultra Accusativum, regunt Dativum, ut:

Ago tibi gratias.

Indico ventri bellum.

Præfero virtutem divitiis.

XVII. Verba, quæ significant Motum ad locum, aliquem

aliquem Accusativum postulāt Nominis proprii, citra Præpositionem, ut:

Eo Romam. Ivit domum.

XVIII. Quodvis Verbum admittit Ablativum, significantem qualecunque instrumentum, aut modum actionis, ut:

Inficio panem crocò.

Munio urbem vallò. Spolio te veste.

XIX. Verba, quæ significant motum à loco, sive per locum, admittunt Ablativum, ut:

Discessit Noriberga. Venit rure.

XX. Verba Implendi, Onerandi, & his similia, Ablativum adsciscunt, eundem & persequor, afficio, nascor, fruor, utor, victito, exigunt, ut:

Obruit se vinò. Vivit lacte.

Afficio te honore. Utor te familiariter.

XXI. Sed Verba Replendi, Abstinendi, & Petendi, Ablativum adsciscunt cum Præpositione, ut:

Libero te à metu.

XXII. Verba Passiva, cum suis Participiis, Ablativo construuntur, cum Præpositione à vel ab, qui mutatur aliquoties in Dativum, ut:

Rideris ab omnibus.

Amaris omnibus, vel ab omnibus.

Percutitur à Petro, Percussus sum à Paulo.

XXIII. Verba Infinitivi Modi, à fronte Accusativum exigunt, ut:

Patrem rectè valere gaudeo.

Te studuisse non pœnitebit.

XXIV. Infinitivus Esse, quem Casum à fronte, eundem à tergo habet, ut:

Malim dives esse, quàm haberi.

Malim me esse divitem, quàm haberi.

XXV. Duo

- XXV. Duo Verba ita conjunguntur, ut alterum sit Infinitivi Modi, ut:
Volo scribere. Cupio abire.
- XXVI. Impersonalia Activa ante se non regunt Casum; post se Genitivum, Dativum, Accusativum, & Ablativum, cum Infinitivo ut:
*Civium refert tueri patriam.
 Conducit Reipublice à sapientibus gubernari.
 Uxorem decet edes curare.
 A noverca malè fit privignis.
 Pœnitet me facti.*
- XXVII. Impersonalia Passiva, à fronte Ablativum agentem, cum Præpositione à vel ab, exi-
 gunt; à tergo casum sui Verbi, ut:
*A me consulitur.
 Hac ætate ita luditur.
 A me itur.*
- XXVIII. Prius Supinum construitur cum Verbo significante motum ad locum, ut:
Eo cubitum. Abiit piscatum.
- XXIX. Interdum cum Verbo Est absolutè ponitur, ut:
Pugnatum est. Actum est.
- XXX. Posterius Supinum construitur cum Nominibus Adjectivis, ut:
*Difficile creditu. Turpe dictu.
 Res digna memoratu. Proclive factu.*
- XXXI. Gerundia omnia eisdem ferè casus habent post se, quos Verba habent, à quibus deducuntur, ut:
*Amandi te. Nocendo nemini.
 Legendum Virgilium.*
- XXXII. Gerundia Genitivi Casus, sequuntur Substantiva

stantiva facultatem significantia, ut:

Gratià discendi huc missus sum.

Modò est hora loquendi. Tempus dicendi.

- XXXIII. Gerundia Accusativi Casus annectuntur Verbis cum Præpositione, ut:

Ibo ad videnda specula.

Eo ad audiendos sermones prudentum.

Veni ad redimendum te.

- XXXIV. Gerundia Ablativi Casus sequuntur Verbum, vel cum Præpositione, vel sine Præpositione, ut:

Omnia conando docilis solertia vincit.

Codex ille legendo placet.

Memoria excolendo augetur.

- XXXV. Participia eisdem ferè regunt Casus, quos Verba, à quibus descendunt, ut:

Amans Deum. Amatus à Deo.

- XXXVI. Ablativi sæpe carent rectore, ut:

Carolo regnante Roma expugnata est.

Ferdinando Rege Austria à Turca miserè vastata est.

ADVERBIUM.

- I. Adverbium Verbo latinè cohæret, ut:

Actutum redi. Cænas magnificè.

- II. Vocandi Adverbia Nominum junguntur Vocativis, ut:

O Melibæe. O scelestè.

CONJUNCTIO.

- I. Conjunctio conjungit similes Casus, & similia Verba; & superiori sententiæ aliam annectit, ut: *Divitiæ & paupertas à Deo.*

Odit tum literas, tum virtutem.

II. Ut,

- II. Ut, Coniunctio causalis, adsciscit Coniunctivum,
Si Præsens Verbum præcedat, Præsens Coniunctivum erit, ut: *Fubeo, ut facias.*
III. Si Præteritum Verbum præcesserit, erit Coniunctivum Præteritum imperfectum, ut:
Fussi, ut faceres.

PRÆPOSITIO.

- I. Præpositiones cum suis casibus construuntur,
ut: *Ad Græcas Calendas.*
Ex cantu dignoscitur avis.
II. Cum amittunt Præpositiones casus, fiunt Adverbia, ut;
Clam venit. Palam peccavi.

INTERJECTIO.

- I. O Exclamantis, admittit Nominativum, Accusativum, & Vocativum, ut:
O vir fortis! O insignem impudentiam!
II. Heu, prob, cum Nominativo & Accusativo construuntur, ut:
Heu prisca fides! Heu stirpem invisam!
III. Hei, va, ah, cum Dativo, ut:
Hei mihi! Ah tibi! Va tibi!
Va genti peccatrici!

FINIS.



rius, quàm hoc sene: neque solum cum principem consilij haberet, sed etiam in convictu. Ex cogitatum est à quibusdam ut priuatum erarium Caesaris interfectoris ab equitibus Romanis cōstitueretur: id facile effici posse arbitrati sunt, si & principes illius ordinis pecunias contulissent. Itaque appellatus est à C. Flauio Bruti familiari Atticus, ut eius rei princeps esse uellet. At ille qui officia amicis præstanda sine factione existimaret, semperq; à talibus se consilijs remouisset, respondit, siquid Brutus de suis facultatibus uti uoluisset, usurum quantū ea paterentur: sed neq; cū quoquā de ea re collocuturū, neq; coiturum. Sic ille consensionis globus huius unius dissensione disiecit est. Neque multo post superior esse coepit Antonius, ita ut Brutus & Cassius provinciarum, quæ ijs neciz

data erant à coss. asperari. Brutus in exilium proficisceretur. Atticus pecunia exieris.

liag. 20. 12. 14. 2010. 117. 2018. 2020. 2021. 123. 2024. 2027.

sequantur u. 2027.

invidet nemini sentire neminem

Brutus